



Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

[Patientia.]

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

Deinde quod accepto mortis nuncio, hymnum, Te DEVM laudamus, recitasset, tonatus imitari, rogauit adstantes, sed ut iuuarent, adiutusque recitauit.

Hactenus explicata paucis Berchmanni patientia, nunc subiicienda eiusdem de virtute patientiae sententia, sed non nisi verbis ipsius.

P A T I E N T I A.

D E F I N I T I O.

Est virtus, quâ mala huius sæculi quo animo sustinemus, ita ut propter illa non immoderatè turbemur, aut tristemur, ne aliquid minus honestum aut deorum admittamus. *Cepar pag. 267*

A C T V S.

I. Nullum exterius impatientiæ gnum dare.

2. Excludere à corde omnem perturbationem, displicantiam, tristitiam, multo magis desiderium vindictæ iam minimum. *(Domin)*

3. Omnia aduersa accipere de manu.

4. Perferre omnia patienter, prompte, liberiter. *MW*

MOTIVA.

1. Christus adhortatur: In patientia vestra possidebitis animas vestras.
2. Pax nostra debet esse in multâ patientia.
3. Patientia est corona omniū virtutū.
4. Per patientiam sumus admirabiles hominibus, eosque conuertimus.

MEDIA.

1. Gratia Dei.
2. Amor Dei.
3. Spes præmij.
4. Exemplum Christi,
5. Cognitio propria.
6. Assuetudo in patiendo.

EXEMPLA.

1. Quidam Christianus ab Infidelibus, multis iniurijs appetitus, rogatus: Quid miraculi fecit Christus tuus? Hoc, inquit, quod ego istas iniurias vestras æquo animo feram.
2. Quidam monachus ab alio monacho in uido orbatus oculo, patientiâ suâ illum conuertit.

Q 2

3. Qui

3. Quidam Eremicola casu à Venationibus sagitta percussus, sagittam extrahi non est passus, sed diu illam tenuit ob patientiæ exercitationem.

4. Mulier quædam plagam vermibus plenam patientissimè ferebat, audiuit hoc S. Dominicus, accessit ad illam, potij vnum ex vermibus, noluit dare; tandem conditione ut restitueret, dedit; acceptū dum manu tenet, in margaritam conuertitur, eum nolente socio, eidem reddidit, & promissis stetit, & in vi mem rediit,

§. I. X.

*Religiosum B. V. & Berchmanni
Silentium.*

Hactenus de patientia Berchmanni nunc reliquas eius virtutes ad imitationem B. MARIAE Virginis expressas extramur.

Fuit B. MARIA DEI Genitrix tantum virgo prudentissima tempestiviter silentij tenax. Hinc S. Epiphanius apud Nicephorum: Erat, inquit, MARIA per-

Niceph. l. 2. cap. 23.

quam

quam affabilis, pauca admodum, eaque
necessaria loquens. Et Petrus Damia-
nus de Mariano silentio ad cælestem pa-
ranymphū seruato differens: MARIA,
inquit, audito Angelicæ salutationis
mysterio, solitum modesti silentij rigo-
rem tenuit; & licet ipsa intra se discu-
tere non posset, qualis esset ista saluta-
tio, verbis tamen inquirere superfluum
deputauit. Imò: Quamdiu, inquit, Ru-
pertus Tuitiensis Abbas, filius hominis
manere debuit minoratus paulo minus
ab Angelis, scè tam diu fuit B. Virginī
tempus tacendi & tam diu tacuit, tam
diu in silentio fuit, velut hortus conclu-
sus. Vbi autem gloria & honore corona-
tus est filius hominis resurgendo, & in
cælum ascendendo, vbi sedet ad dexte-
ram Patris, ex tunc B. Virginī fuit tem-
pus loquendi, & hoc amicis, id est san-
ctis Apostolis, & talia loquendi, qualia
prius portare non potuissent. Adeo al-
rum, tempestiuūque fuit silentium

Ser. 3. de B. Virg. Q. 3
Rupert. lib. 2 in Matih. c. 2.

Vir-

Virginis Matris , at quemadmodum id
Berchmannus imitatus ?

Berchmannus suauissimis hinc mon-
bus hilarique naturæ indole ornatus, in-
de abductus in se se silentij disciplinae
non tam Pythagoricæ aut Areopagitice
quam Christianæ , religiosæque amans
nec facilitate modestiam , nec seueritatem
benevolentiam diminuebat.

Interrogante quodam, qua ratione
lentij lex perfectè seruari posset; Ego ha-
ratione facio, inquit, summissè salutem
quem per viam offendō; tum si quid me
vult, paratissimum offero, si quid inter-
rogat, interrogatū audio, verbulo vno
respondeo, & vel alterū adiūcere cau-

Porro vera locutum Ceparius af-
mar, cuius verba sunt: Tam erat in
quendo circumspectus, ut nullum
quam ab eius ore verbum sit exceptum
quod non aut necessariò, aut utiliter
honestè fuerit pronunciatum. Iuu-
erat verborum parcus , eaque qui
parcè ytebatur, seriò erant præcogniti.

priusque ad limam vocata, quam ad linguam.

Nunquam ne leuiter violasse silentij legem visus; neq; in Collegio eâ legis iudicentia v̄sus, quâ paucis obuiū appellare fas est. Atque hoc nomine mirū videri possit (cum adeò esset abstinentis sermonis, & in se abductus) tam citò, tamq; accuratè didicisse Italicam linguam, ut (quò pertingant pauci) proximè quoq; accederet ad rectam eius elocutionem. Nonnemo condiscipulorum pro sua in Berchmannū insigni opinione facultatē à Maioribus obtinuerat, cum eo res omnes, consiliaque sua conferendi. Hic quoniam non raro, cum silendum esset, ad eius cubiculum ventitaret, breuissimè si fieri posset, ab eo dimittebatur; si longa res foret, differebatur in horam colloquio designatam. Romam in Collegiū venerat Pater quidam, qui Berchmannū nuper Laureti notum, de more complexus, diutius morabatur sermone: at ille : Non licet mihi inquit,

Q 4

Pater

Pater hoc, quo silendum est tempore sermonem longius extrahere; at si gratum fuerit, ibo petiturus loquendi copiam, quâ factâ mox redibo. Abiit, mox rediit, Patremque egregio obseruantia exemplo recreauit iuxta, atque instruxit.

§. X.

B. V. & Berchmanni gratitudo erga
DEVM & homines.

Nihil est grato animo honestius, omnes hoc vrbes, omnes e iam ex barbaris regionibus gentes conclamant. In tanta iudiciorum diuersitate agendas esse gratias bene merenti, omnes imo ore afflant. In hoc discors turba consentient, neque hæc tantummodo, sed sapientissima quoque virtutisque omnis amississima. Dei parens. Hæc enim secundum Christum præ reliquis mortalius maximis à Deo ter Opt. Max. beneficium cumulata, maximè studuit esse eidem grata, non corde tantum sed etiam operi. Hinc à S. Elizabeth prædicata Dei ter, mox in actionem gratiarum p

rum

sumpens cecinit: Magnificat anima mea
Dominum; Et exultauit spiritus meus
in Deo salutari meo; Quia fecit mihi
magna qui potens est. Verè ô Domina,
Dominus magna tibi fecit, ideoque & tu
Dominum magnificans, non finis con-
senescere apud te diuinorū memoriam
beneficiorum. A te cultissimam, elegan-
tissimam, officiosissimam hanc meritas
Deo grates agendi formulam accepi-
mus: DEO GRATIAS. Quid melius &
animo geramus, & ore promamus, &
calamo explanemus, quam DEO GRA-
TIAS? Hoc nihil dici breuius, nec audiri
laetius, nec intelligi gratius, nec agi fru-
ctuosius potest. Ita semper ore, semper
corde, Deiparens meritas Deo gratias e-
git; egit, quia referre nequijt. Nam Gra-
tias inquit S. Augustinus agere Deo pos-
sumus, referre non possumus. Gratias
igitur Deo egit, quantas potuit. Cum
enim gratia tanta referri non potest,
quanta debetur, habenda tamen tanta

Q 5

est.

S. Augustin. in Psalm. 47.

est, quam maximam capere animus potest. At animus eius fuit ingens, adeo que gratiæ, quas animo cepit, ingentes fuere, imò, secundum Christum maxime, quas Deo ter Opt. Max. pro beneficijs maximis non tantummodo habuit, sed etiam egit.

Néque tantum Deo gratias egit, sed etiam parentibus, quibus pro beneficijs acceptis, in vicem reposuit obedientiam, obseruantiam, reverentiam honorem, amorem; néque in parentes tantummodo, sed in omnes homines, quibus vel minimum beneficium accepit, grata fuit. Nam cum gratitudo omnium virtutum laudatissima, & MARIA sit omnium illarum Dominus (sicut eius filius carundem dominus ecquis solam gratitudinem ei defuisse suspicetur?)

Sed & Berchmannus in hoc genere honestatis excellere studuit, ut pote impiger Marianæ virtutis omnis imitator. Semper enim pro susceptis à Deo beneficijs

ficijs gratus esse conatus est, maximè pro beneficio vocationis. Nam tantis illi pectus circumfluebat lætitijs cum vel secum reputaret, se Deo in Religionē seruire, ut subinde in cubiculo agendis Deo gratijs vacans, in risum suauissimè solueretur. Quod verò redendis pro tanto vocationis beneficio gratijs se imparem longè sentiret, sanctorum suorum tutelariorum gratiam interponebat; dolebatque submissimè tam insigni se DEI munere non satis respondere. Quin etiam ardore tanto religiosi status bona apud exterios commendabat, ut eius amplectendi cupiditate nonnullos inflamarit. Diem exordiri amabat cum actione gratiarum, exercitorēmque consueta nobis formula, Deo gratias, apprecañtem resalutabat liberalius verbo uno: semper Deo gratias.

Cepar, pag. 29. Cepar. pag. 142.

Nihil operis auspicabatur, quin id incepferet ab actione gratiarū hisce verbū concepta: O Deus meus & omnia, cu[m] omnes creaturæ seruiunt, gratias ag diuinæ bonitati tuæ, quod me usque hanc horam conseruare dignatus sis, propono per gratiam tuam hoc opus, cu[m] omnes reliquas huius diei & totius vita[ti] actiones facere ad nominis solius tui gloriam, ut tibi placeam.

Cepar. pag. 226.

Subinde per singulas diei horas, p[ro]ut ei meditanda mysteria inciderant, meritas Deo grates hisce verbis agebat: O bone IESV, tu pro me flagellatus es, quid retribuam tibi pro tantis dolobus?

Cepar. ibid.

O quoties suis in meditationibus spiritualibus sibimet inculcat haec verba Gratias age Deo; Gratias age. Dic: Magnificat. Dic: Laudate dominum omnes gentes &c.

Cepar. pag. 231. 237. ibid. 239.

242. 279. 280. 281. & seq.

Sole*t*

Soleat lethum lethalisque morbus (secundum sui nominis etymon) rerum prorsus omnium, ne dum beneficiorum memoriam abolere. Nec tamen hic illa in Ioanne aboleuit. Nam cum lethali supremaque ægritudine prostratus iaceret, morbus quidem corpori, animo non item quietem ademit. Quippe mens eius altam cum Deo colens pacem, ardentes in cælum preces identem iaculabatur. Rogatus ergo subinde, quid gemitu tanto suspiraret: Gratias, inquit, Deo ago pro beneficio Vocationis. Itaque ultimus vitæ eius actus (nam mortalis hæc vita, quid est nisi comædia?) fuit actione gratiarum conclusus.

Sed enim qui tam fuit gratus erga Deum, tanquam Patrem, nunquid ingratus fuit erga B. MARIAM, quam semper agnouit, obseruavit, & amauit, ut Matrem? Nequaquam. Nam qui præscripta legit, satis abundeque quam gratus in hanc magnam Matrem fuerit, in-

telligit. Hinc & eius in meditationibus
hæ voces extant: Gratias age B. Virginis
pro beneficijs Mariæ nomine compre-
hensis. Et: Gratias age B. Virginis, quod
Deum maximè remotum ad nos attrah-
xit. Et: Gratias age B. Virginis, quæ ve-
ra terra promissionis est lacte & melle
manans, pro fructu nobis produc-
t. Et: Gratias age B. Virginis, quia pepit
nobis redemptorem, & quia personam
humanam ad infinitam diuinæ Matris
dignitatem euexit. Et: Gratias age B.
Virginis pro diligenti cura, quâ nos
protexit &c. Néque verbo tenus, &
ore, sed multo magis corde & opere be-
nevolentissimæ, & liberalissimæ sui
Patronæ Berchmannus gratus esse pro-
curauit. Hinc tot eidem species Hyper-
duliæ, quas partim diximus, partim di-
cemus, officiosissimè exhibuit. Certe
si gratus dicitur, qui aliquid pro
quod acceperat reddidit, Berchman-

Cepar. pag. 279.

nus
bitu
sus
inde
ben
que
cen
coll
vlti
deb
Qu
est.
dar
Ne
cer
no
ho
vt
lit
tul
vir
ma
de
ma

Cepar. pag. 281. Id. pag. 283.

Ibid pag. 184.

nus audire gratus in B. Virginem merebitur, qui tot Hyperduliae species pro suscep̄tis ab ea beneficijs reddidit. Deinde si gratus dicitur, qui bono animo beneficium accepit, vtiq; Berchmannus quoque gratus in B. Virginem fuisse dicendus, quia beneficia sibi à B. Virgine collata, bono animo suscepit. Nam si ultra facere non potuit, gratus est, amat, debet, referre gratiam, quā fas cupit. Quicquid ultra desideras non ipsi de-
est. Artifex est etiam, cui ad exercen-
dam artem instrumenta non suppetunt, Nec minus canendi peritus, cuius vo-
cem exaudiri fremitus obstrepentium non sinit. Volo referre gratiam, post
hoc aliquid superest, non ut gratus, sed
ut solurus sim. Sæpè enim & qui retu-
lit gratiam, ingratus est, & qui non re-
tulit, gratus. Nam ut omnium aliarum
virtutum, ita huius ad animū tota æsti-
matio redit. Hic si in officio est, quicquid
defuit, fortuna peccat. Fuit ergo Berch-
mannus in B. Virginē Dei matrē gratus.

Sed

Sed qui fuit in magnam Matrem tam gratus, nunquid obliuisci potuit alterius matris suæ, Societatis IESV? Præterquam quòd eius existimationem, famaque viuens egregiè auxit, etiam moriens eiusdem probe recordatus, ait: Gratias habeo dulcissimæ Matri meæ Societati IESV, ob maxima mihi indignissimo collata beneficia. Nec minor gratæ mentis affectu prosecutus est Patres spiritus sui. *Cepar pag. 176.*

Porro cum spirituales inter Paues merito sit & S. Angelus Custos ac Tutaris computandus, videamus an & huic aliquam vicem gratam reposuerit. Hui enim verò non tantummodo obseruantiam reuerentiam gratamque acceptorum benefiorum memoriam reposuit sed eidem se singulos in dies officiosissime commendauit in hæc verba: Angele sancte. Deo dilecte, qui me tuæ beatæ curæ ab ortu meo commissum perpetuo protegis, illuminas, regis; Ego te Patronum veneror, custodem amo, tuæque

Cepar. pag. 285.

me

me deuotioni subijcio, ac prorsus trado
gubernandū: A te ergo per Iesum Chri-
stum peto suppliciter, vt me, quamuis
ingratum, & contra tua monita agen-
tem, ne deseras, sed benignus errantem
dirigas, ignorantem erudias, iacentem
erigas, afflictum soleris, periclitantem li-
beres, donec in cælum ad æternam fe-
licitatem perducas, Amen.

Secundūm S. Angelum custodēm
Tutelarēmq;, tanquam sui patrem spi-
ritus in primis agnouit Berchmannus
SS. Ioannem Euangelistam, & Ignatium
ac Xauerium tum nondum auctoritate
Pontificiâ in album indigerum relatos,
beatōsque Aloysium & Stanislaum, ho-
rum singulis singulos per hebdomadā
dies consecrabat, quibus certa honori
cuiusque obsequia dedicabat, eorum
comendatione repræsentans apud Deū
actiones omnes suas, quod ex scriptis il-
lius intelligitur. Hos inter Patronos te-
neriore quodam sensu atq; amore com-
pletebatur Aloysium Gonzagam, suū

ut pote Religionis vinculo fratrem, in
quo fiduciam liberius collocabat. Num
quam in ædem sacram veniebat ador-
turus SS. Eucharistiam, quin deinde a
B. Aloysij Sacellum (in quo sacra eu-
lipsana condita sunt) venerabundus ad-
ret. Compendio contractam vitam eius
adiunctis virtutibus, prodigiisq; ritè ap-
probatis circumferebat, eiusque honor
multas afflictiunculas, & Religionis
Ætus dedicabat. Reperio in schedis XXV
Maij Anno M D C X X I. oblatas ab eo
centū exercitationes humilitatis Deo
Aloysij honorem, quodq; illustrioris
generis, studio contendebat, se eius re-
dere quam simillimū, vitæ, virtutumq;
expressione. Et certè ea fuit plurimorum
quæ seculariū, quæ religiosorum opinio
fuisse eum imaginē quandam B. Aloysii
eōq; viso, alterum visum Aloysium es-
timasse. Quo die sacræ huius reliquias
sacello Virginis in novum sacrūm; il-
Sacellū illatę sunt XVI i. Cal. Iulias, Anno
M D C X X . dum in ordinem tributi Pa-

tres

tres Fratresque supplicantium more per
templū incederet, eāq; in pompa Berch-
manno fors obtigisset gestandi candelabri, P. Iacobus Crucius Assistens Italæ,
in aurem P. Theodoro Busæo Assistenti
Germaniæ hæc verba insurrauit: Ille
videtur mihi alter quidam esse Aloysius.
Nec iniuria ita iudicasse videbitur, æsti-
manti res ab eo gestas. Secundum hos
sanctos sui spiritus Parres agnouit Berch-
mannus Generalem Soc. IESV Præposi-
tū Mutium Vitellescū, cuius se præsen-
tiam prius, quam moreretur desiderare
dicebat; cum ad faustā eius imprecatio-
nem obtainendam, tum ad gratias refre-
rendas curæ in se paternæ, petendā q;
veniam offendarū, Pater Generalis nihil
ignoscendum esse dictitans, aspersum, si-
gnatumque lustrali aquâ, bono animo
esse iussit, cui solennioribus festis sché-
dam afferebat, in qua certum oratio-
num pœnarumque (quas pro eo pen-
deret) numerum oppignorabat.

Verum

Verum enim verò qui tam gratus fu
Magnæ Marri Mariæ Virgini, & pa
tibus spiritualibus , nunquid ingrati
fuit Gertrudi matri carnis suæ? Ne
quam. Etiam huic , sicuti alibi me
ramus beneficia pro beneficijs ab ea
sceptis reposuit, séque ei gratū ac pri
planè filium exhibuit, quemadmodu
& Patri.

Probè nōrat Berchmannus tanquam
Philosophus illud magni philosophi
(qui per antonomasiā philosophi
appellatur.) Magistris, diis & pare
bus, non potest reddi æquivalens. Pro
quoque legerat, intellexerat, didicerat
altaque mente reposuerat illud
ignobilis Satyrici :

Dij maiorum Embris tenuem, & sine
uere, terram,

Spirantēsq; crocos, & in Urnā perpetuū
Qui præceptorem sancti Voluere parent
Esse loco —————

Legerat, intellexerat, retinuerat hanc
id genus alia de Magistris ac Præcep
tibus

ribus sapientum dictamina Berchmanni
fius, & ideo, quemadmodum parenti-
bus, sic etiam suis Magistris ac præce-
ptoribus sese gratum semper exhibere
conatus est, quando reliquorum defe-
stu sensuum etiam memoria quamuis
fidelis habebat. Præceptores suos letham
circumstare lectulum suum conspi-
catus: Gratias, inquit, ago præceptoribus
meis, Patri Francisco Piccolomini, Patri
Tarquinio Galluzzi, Patri Horatio Graf-
fi pro impenso in me tot laborum offi-
cio. Cumq; Mathematices Professor, iti-
démque Berchmanni præceptor ad eum
iam moribundū venisset, Berchmannus
eius collum tenerè amplectens: Hac no-
te, inquit, in mentem mihi venit tan-
tæ tam prolixæ charitatis vestræ in
me; argumento sit schedium à me
dictatum. Gratias habeo pro omni
(quam docendo me suscepisti) mole-
stiâ, ac labore Professor lacrymans, & in-
genua abruptim prouolutus, veniam

R Berch-

Cepar. pag. 176; Cepar. pag. 188

Berchmanno perijt, quod non eā, qua
par erat charitate, affectūque eum esse
prosecutus; neque exemplo eius, i
quantam debuerat perfectionem fuisse
prouocatus, contenditque, uti, cum
cælo degeret orandi sibi eximiam im
petraret facultatem. Berchmannus v
rat egregiè demissus, & maximè inde
neficios gratus ægerrimè nimirum tulit.
Sacerdotem, cùmque præceptorem iac
re sibi aduolutum, anxiāq; solicitudin
ut sese erigeret, obrestatus, facturum
pud Deum quod perebat, pollicitus
Hos eosdem præceptores suos eximi
gratæ mentis affectu complexus, p
ijsdem per diem bis minimum, quo
die orabat, illi verò à quo Philosophia
docebatur, extremis vitæ mensibus scel
dam ineunte ferè mense in cubiculo
afferebat, quo certum orationum p
narumque (quas pro eo per illum mi
sem pendere) numerum oppignerabat.
Præterea magni omnino faciebat do
nam præceptoris sui, omnesque o

op.

opiniones non solum tuebatur ipse, sed & Collegas ut id quoque facerent, adducebat. Ad aliorum Professorum scripta nunquam diuertebat, vixque etiam oppugnari sententiam Magistri sui patiebatur; qui sensus eius cum publicè notus esset, subinde nonnulli Patrum, praesente Berchmanno per iocum, sententiæ alicuius auctoritatem eleuabant, ut Berchmannus ad tuendam eam (quæ erat animi alacritate, promptitudine, gratitudine) acriter se obiectaret. Adhæc nunquam de Magistri dictantis velocitate questus est; sed si quod ei verbum transiliendum fuerat, aut à schola, si permitteret tempus, reponebat è proximè assidentis libro, aut domi petita à superiori facultate, è Collegæ cuiuspiam codice exceptum restituebat. Si audiret dictanti Magistro grauem esse excitatum ab aliquo strepitum, vultus indicio id ægrè se quoque ferre ostendebat, ut auctores admoneret, quietemq; conciliaret. Porro præceptorem suum

honore longè maximo obseruabat, nē
que triennij tempore, rem vllam (qua
meritò ei displicere posse) aut factò,
aut verbo admisit, apud omnes non nisi
honorificentissimè de eo locutus. Quo
ties ad Magistri cubiculum ibat, dubiorū
proponendorum causa, si intro adesse a
liquem percepisset, foris ipse expectabat;
alióque egresso, ingrediebatur oculis de
missis, nec in eum intuens, quod iam
nossset scilicet; quem alloquebatur, habi
toq; honore, aperto manebat capite, dū
iussus operire, regere; et quidem, sed noua
quāque proposita quæstionē, denuò nu
daret, regeretq; (vt si bene moratus si
lius adstaret patrī) quod inter loquen
dum quoq; cum superioribus tenebat.
Tum dubitationes Magistro propone
bat Latino semper sermone; ac si prima
statim explicatione respcionem non
caperet, post exiguum cogitationis mo
tam, modesto cum risu, aperte simpli
citerque respondebat: Vérè Pater no
intellexi. At quando asseq; ebarur c
dem,

dem, sed tamen propositæ abs se quæstioni iudicabat non esse penitus allata m^u lucem, ne contendendi studio videretur Magistri sententiam oppugnare velle, ad eum modum respondebat, ac si suo vi-
tio tenuitatis tenebras nondum pene-
trasset, quibus discussis, mox redditio in-
clinati capitⁱs honore discedebat. Itaq;
gratior fuit Berchmannus Nerone, Tra-
ian^oq; Imperatoribus, quorum hic pro
magisterio paucorum dierum consula-
tum Iuniori Plinio, ille Lucio Annæo
Senecæ mortem reposuit. At Berchman-
nus suis præceptoribus nihil tempora-
lis, sed multum spiritualis honoris re-
posuit, & accepta beneficia, ut ferti-
lis ager facere amat, cum multo fœno-
re refudit.

Neque præceptoribus suis veluti toti-
dem parentibus tantummodo gratus
fuit Berchmannus, sed omnibus omni-
no beneficiis ac proximis. Hinc iamque
moriturus: Gracias inquit, do Patri Mi-
nistro, Fratribusq; valetudinis meæ cu-

ratoribus pro insigni eorum erga me
benevolentia; Gratias ago omnibus, qui
exigui huius morbi tempore me inu-
serunt.

Non quis huiusc genij aut ingenii
est, ut gratias aliquas suo sive monitori
sive censori (præsertim si sit acer) de-
bere se se fatur. Berchmannus tamen
in suos etiam censores & monitores
quamvis acres, & acerbos gratus est
conatus est. Itaque cum quaternos sibi
animaduertores (qui censorum instar
essent, & perpetuo in illum intenti com-
monefacerent, si quid virtutis obseruassent)
a suis superioribus impeccasset; atque
horum unus cum de levissimæ rei præ-
termissione semel eum admonuisset;
Etiam si tum quidem Berchmannus ma-
ioris charitatis officio distractus, rem il-
lam necessario omittere debuisset, gra-
tias tamen cumulatissimas admonitori
retulit, trium Rosarium numeratione
repræsentata; Eundemque numerum
orationum sc̄ei in posterum toties per-

solv.

soluturum spopondit, quoties errati aliquius reum comperisset; quo lucri sanctioris compendio inescatus alter, acer- rimis eum oculis passim consecutus, ne minimæ rāmen noxæ culpam in eo unquam deprehēdit. Adeo fuit Berchmannus in suos censores & animaduer- sores (quos mundus, tanquam Momos auersatur) officiosus & gratus.

Cæterū quo die contubernium iu- niorum deseruit, attulit Patri, qui eorum præfuerat moribus schediolum quod- dam plenum asperitatibus, orationibus que ab eo gratitudinis ergò persoluen- dis, obrestatus sibi monita discedenti daret, quæ salubria sibi in posterum fo- re censeret.

Solent tristia annunciantes annuncia- tis esse non valdè chari, (vt videre est in Ioabo Polemarcho Dauidis, & Achi- mā) sed Berchmanno non item. Quid enim tristius mortis nuntio? Berch- mannus huius nuncium charissimum habuit. Nam valetudinarij curator pul-

Lib. 2. Reg. c. 18. R. 4 su

Su venarum explorato, cum vix micau deprehendisset, ad Berchmannum: Nihilne, inquit, tibi Pater Rector ininxii Nam è re factus mihi videris, si cr manè sacro te pabulo recreaueris. At ut viatico, excipit Berchmannus? Viatico ait alter. Nam parum assulgere spei video. His auditis Berchmatius tanquam iucundissimis acceptis nuncijs recreatus, curatoris se collo circum plicauit, strinxitque complexu, significans quanto animi gaudio perfundetur. Contra commotus minister i tantam se demisit tristiam, vt erumpentibus identidem singultibus, vocem in verba formare non posset. Berchmannus vero animum illi erexit solando horrandoque, non patienter modo sed alacriter ferret; Certè iucundiorem nuntium inquit maiorēmque lātitiam nunquam mihi poteras attulisse. Adeo se gratum Berchmannus exhibuit etiam mortis nuntio. Et quid mirum? Cum se cuius benefico exhibere gratum co

natus

natus sit. Hinc firmissimum hoc eius
decretum: Pro aliquo beneficio ab ho-
mīne accepto, dicas ei: Deo gratias, Do-
minus sit, vel erit merces.

§. X I.

B. V. & Berchmanni Tempe-
rantia.

Fuit admiranda B. Virginis temperan-
tia, quæ maximè (ut S. Ambrosius lo-
quitur) istarum passionum restinguunt ar-
dorem quæ primum sobrietate, atque
moderatione animū temperat, mentem
informat, deinde etiam deliciarum ab-
stinentiâ restinguunt habens corporalis
ferocitatis; huiusmodi inquam tempe-
rantia in B. Virgine singulariter emi-
cuit. De qua differens modò memo-
ratus Ecclesiæ Doctor: Quid exequar,
inquit, ciborum parsimoniam, officiorū
redundantiam; alterum ultra naturam

R. 5 super-

S. Ambros lib. 1. de S. Iacobo

& Vita beata agens.

S. Ambros. lib. de Virginib.

superfuisse, alterum pñnè ipsi natura defuisse? Illic nulla intermissa tempora hic congeminati ieunio dies. Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibis plerunque obuius, qui mortem arcere non delitias ministrareret. Dormire (ad do ego, etiam esse, siue comedere) non prius cupiditas, quam necessitas fuit. Ita S. Ambrosius de temperantia B. Virginis.

Quid Berchmannus Virginis filius? Nunquid non etiam in hac virtute similis esse magnæ Matri conatus est? Profectò. Nam dici omnino non potest, quam fuerit modicis escis, potacionibusque contentus Berchmannus. Non prius vñquam mensæ recordabar, quam auditō signo triclinij admoneretur; Neque vñquam portionis, aut comestionis immoderatae conscientiam habuit.

In triclinio precatore religiosè per aëta aliquanto post spatio, quam accubuisse, quiescebat immotus, nihilque

attn
sam
mun
bat,
tis ;
infer
culi
tius
quān
Af
temp
quiri
tudin
susce
aliqu
ad a
diffe
quel
D
puè
aced
ferue
temp
C

attinebat; sed mox porrectâ in mensam manu, illatum cibum instar communis cum Deo lancis in frusta carpebat, lautioribus Deo partibus afferuatius; statimque, quām citò missus alter inferebatur, lancem appositi prius feruli dimittebat, ratus eo interuallo rutiū vescendi necessitatem definiri, quām appetentiæ insatiatæ arbitratu.

Affirmabat per ysum, tractūmque temporis, temperantiam paulatim acquiri posse; se verò, ne ientandi assuetudine obstringeretur, cœpisse ab initio suscepri tyrocinij, detrahere quotidie aliquid buccellatim de cibo consueto, ad assuefaciendam lentè appetentiam, differendāmque in prandij tempus; atque hac viâ didicisse abstinere.

Dicere amabat, aduersus tria præcipue vitia Religiosis dimicandum esse; acediam, superbiam & gulam; acediam feruore, superbiam submissione, gulam temperantiâ superari.

Certè, magnæ illi cum intemperantiæ ini-

inimicitiae intercessere; adeoq; eam ininde
stitatis hostem, & earum, quibus conditio se
oratio solet deliciarū corruptionem ut in
pellabat; dicere consuetus, nullā re vigila
(secundūm impudicitiam) offendit; geba
ligiosis seculares magis, quām si eō uiem
ingluuiem videant proiectiores, aut
antque de cibo, & potu sāpiūs loqu
tes. Atque hæc literis verba commen
dit: Vitium gulæ est immoderata cib
rum appetentia, eiūsque vitij actus su
frequens de cibis cogitatio, ac sermo
stidium communium, studium exqui
torum, edendi ratio inconcinna, cum
miā auditate, ac celeritate coniuncta.

Ipse sanè modestè admodum vede
batur, moderati semper cibi, parcaq;
potonis, sed abstinentiæ ferè immo
cæ, ut vix paribili vietu ad explenda
turæ desideria defungeretur.

Nunquam à mensa surrexit, quin
rum, quæ sibi fuerant apposita reliq
quidpiam fecisset. At quoniam floren
tia crescentēque primū adolescentiæ,

turæ vberioris nutrimenti indiga, sub-
eam Cinde, appetentiam illi extimulabat, ille
s conditio sensu vexatus incusabat se scilicet
onem ut intemperantiæ reum, acritérque in-
llâ re vigilans in se quærebat, neque intelli-
fendi gebar optimus iuuenis, non tam inglu-
si eos uilem esse, ac quandam appetentis, egen-
es, aut tisque naturæ necessitatem. Atq; illâ suâ
s loqu opinione constrictus, plus sibi semper
mmend accidebar, subtrahebatque in dies, vt
rara cib vigore naturæ paulatim extincto, peni-
ctus sus contabuerit.

Nullo vñquam quantumvis specioso
sanctitaris titulo adduci potuit, vt præ-
ter vulgare obsonium quicquam in cibū
adhiberet, dicebatque se sperare Deo
cordi fore, vt communia non nocerent;
quando ijs vteretur, ne discederet à cō-
muni vsu. Etiam si verò stomachus natu-
raliter à quibusdam (vt à Caseo, quo
non vescebatur) abhorreret, eo ta-
men ita abstinebat, vt nihil sibi oppo-
ni eius loco sustineret. Hinc sequen-
tia eius ex ampla manu extant decreta:

Nimis

Nimis delicate se habere displicet, E
Cogitandum mihi est debere me etiam
cum corpore meo alere Christum, scilicet
mortificatione. Itaque nunquam
mensa recedam, nisi me in aliquo morti-
ficauerò. Hinc & in illa lethali super-
máque ægritudine, cum sentiret, quod
cùnque medicorum arbitrio iubem-
tur, ea refocillandis instaurandisque
ribus adhiberi medicamenta, atque am-
mata cuiuscunque pretij forent, religi-
ni ducere cœpit, id sibi abundè super-
esse. Et Patri cuidam? Meus, inquit, ho-
mibus pretiosus est; nimirum mode-
subuestus, quod medicorum iussu, tu-
gratiiora palatui medicamina, maiori
cuiuspiam pretij adhiberentur quam
infimo.

Cepar. pag. 262. Ego p. 254. Cep. pag. 18.

Haud dubia singularis temperan-
tessera est, si quis multorum milliarium
leucarumque spatia iejunus decurrat,
currit Berchmannus, nulla cibi, min-
nulla potionis stilla refectus, & quide-

Cepar. pag. 15

ad.

ādhuc in sacerdotali vitâ, feruentēque, & maximè famelicâ, sicutientēque iuventa constitutus. Nam aliquando ab hero suo Canonico Louaniū Mechlinia (quod iter est duodecim milliariū Italicorum, missus, & à viatico satis instruētus, ille pedibus iter emensus; negotio administrato Mechliniam, eodem die reuersus est, contexto celerrimè viginti quatuor milliariū spatio, nullo aut Louanijs, aut per viam cibo, potuue gustato, aut teruncio viatici nomine expenso,

Temperantiae est moderatis appetentiā ieiunijs frenare. Frenauit Berchmannus. Hinc sēpissimè in domus angelos dispersa, abditāque ientaculi frusta reperta sunt, quibus ille (cum nondum bullam posuisset) in gratiam B. Virginis genium suum defraudabat, & vel à prima pueritia sabbati diebus omnibus, alijsque per vigilijs virginis ieiunabat extra statam Societati feriæ sextæ inediām.

Cepar. pag. 147.

§. XI.

§. X I I.

B. V. E^g Berchmanni morum maturitatis
E^g grauitas comitate condita.

S. Ambrosius in altero de Virginibus libro, de Virgine Virginum differens. Virgo, inquit, erat, non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo domini ambitu sincerū adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior. Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in auctu inuercundum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Hoc etenim Ambrosius de virginis grauitate comitate condita. Hanc in B. Virginis suscepit Berchmannus, ideoque ei quandam similitudinem suis moribus exprimere conatus est. Nam quantumvis puer, nunquam rem ullam (quer

Cepar. pag. 3.

admodum supra memorauimus) puerilem designauit, sed instar alterius cuiusdam Tobiæ, grauitatem, quam animo tenero præceperat semper præstirit. Nam & in pueritia eius eniuit semper senilis quædam maturitas actionum, puero fere immatura, tantaque erat sermonis parcitas, ut non nisi interrogatus responderet, ac tum quoque præfinito. Admirabantur in eo omnes incredibilem morum cum insigni specie coniunctam suavitatem, modestiamque tanta bonitate mixtam. Non deglobabantur Iuuenes nobilissimi cum eo consuetudinem contrahere; quin & honorabant, quantumuis natalium fortunarumque obscuritate inæqualem. Si forte solutior sermo aliquis inter comilitones incidisset, atque ipse forte interuenisset, statim aut silebatur, aut ipse pudore suffusus discedebat, perinde ut de Senensi Bernardino narratur.

S

Per

Cepar. pag. 7. 12. Cepar pag. 7. 1.

Per omnem vitam nihil vñquam id
eo notatum, aut gestibus solutius, au-
signis lascivius, aut verbo, actiue con-
trarium puritati aut grauitati; Cūmo
esset ingenio alioqui iucundo, ac bla-
do, hic semper seuerissimus extitit. Aq-
ui gratia comitatéque alliciebat omnes
ita singulari morum verecundia, casti-
tis amorem in animis intuentium ex-
tabat; videbanturque ab oculis eius
quidam quasi radij vibrari, quibus
spicientes ad castimoniam accendebat.
Suiipsius vero custodem egit circum-
spectione ac seueritate tanta, ut que-
lecti locum, corporisque sicutum in de-
cumbendo, vesperi semel fuisse for-
tus, eundem absque omni motu, le-
frigus seu æstus esset in auroram usque
tenuisse deprehenderetur. Quem me-
rem reliquo vitae cursu constantissi-
seruauit.

Erat non accersita in eo grauita-
tis mixta leuitate alacritas, sed hilari-
ties etiam maximas, risumque su-
sem.

semper submissionis cuiusdam tempe-
ratione miscebat. Vnumquémque mā-
gna affabilitatis dulcedine, gratiáque al-
loquebatur, ac licet in agendo serius es-
set, & grauis, id graue tamen nemini
erat, sed iucundum gratumque. Nun-
quam audieus vel per iocum illudere
vili, aut irridere, nunquam explodere
quenquam, aut verbis lacessere, nun-
buam queri, aut doloris alicuius sensu à
quoquam se fuisse læsum significare, ef-
feruerere nunquam, nedum irasci, aut
vocem solito contentiorem aliquando
mittere, etiam si vigens ei esset natura,
spiritibꝫque concitata. Si quis eum
laudaret, vidisses non inflari, nec efferrari,
sed honesto suffundi rubore. In culpam
vocatus, aut reprehensus non se dabat
mœrori, sed demittebat submissè ani-
mum gaudentem potius, atque acquie-
scensem, nullaque perturbatione com-
motum. Non deiiciebatur aduersis, aut
villis à seruiendo Deo difficultatibus im-

S 2

pg.

Cepar. pag. 93. Cepar. ibid.

pediebatur; quin potius diuina nixu
ope, animos addebat alijs, incitabat
que. Actu promptus erat, non anxius.
Occasiones agendi neque celeritate n
mia anteverrebat, neque cunctation
bus, socordiaque corrumpebat; Den
que in rebus omnibus splendor qui
dam Religiosæ grauitatis, & integritati
emicabat, qui tantam ei venerationem
concitabat apud omnes, ut vulgo no
nisi summa reuerentia & approbationis
de eo loqueretur.

Neque apud æquales tantummodo
sed etiam superiores eundem grauita
tenorem comitate temperatum pra
tulit

Nam quâ in opinione eum superioris
habuerint, intelligi potest, quòd cum ne
cessè esset creari ex ipsis nouitijs (qui
inter Berchmannus tūm censebatur) v
num aliquem, qui reliquis tironib
quodammodo præesseret, eosque in ex
terna disciplina duceret, ac suum cuique
munus partiretur, qui que instar socii

Cepar. pag. 23.

vicariam quandam operam commoda-
ret ipsi Magistro nouitorum; id munus
scilicet detulerint Berchmanno. Quod
ille tantâ omnium approbatione gessit,
ut nemo vñquam sit repertus vel e cen-
tum amplius nouitijs (quotum capita
censebatur) qui de eo quereretur. Quin
etiam in posterum si quando aliquem e
successoribus eius deprædicare vellent,
ut Magnum, dicere solitabant: Viderur
alter esse Berchmannus.

Quicunque eum aut videbant, aut
cum eo versabantur, Angeli instar su-
spiciebant. Ac semel aliquis coram, ut
ingenuo eum rubore perfunderet, nar-
rabat; quo tempore beatissima Virgo
miracula in Aspero colle perpetrare cœ-
pisset, eodem quoque tempore, insi-
gne vnum fecisse Diesthemij; ubi An-
gelus quidam humana carne vestitus
apparuisset, (dígito ad Berchmannum
intento) qui specie, moribúsque Ange-
lus audiebat.

S 3 **Enim.**

Enimvero eam semper oris hilaritatis, alacritatemque præ se ferebat, cum aliqui S. Hilarium, alij S. Lætum facetè appellitarent. Nec inter uallos eius erat, & rursus ex placido turbidus sed perpetuò tenore blandus, eti natura, non ignavi sanguinis spiritus generositate ferueret. Nonnulli solo eius aspectu ad virtutes accendi faciabantur, & quid nescio diuinum odii vultu, totoque è corpore emicaret. Cælitibus quam mortalibus similius debatur. Nam fuit Berchmannus statura iusta, constitutione sanguinea, præstantissima humorum temperatio, carnosis lacertorum coris, specie vel Angelica, colore candido & rubore luto, ampla illi erat frons, tantaque liorum densitas, ut pili palpebræ que gredinem imitarentur. Oculos habet acerrimos, lucidissimosque, sed precios honestate, suavitatique plenos terram perpetuò deiectos. Semper quietæ manus, compositæ ante pedem

Cepar. pag. 35. &c. 203.

Incessus neque tardus neq; concitatus,
sed moderatè grauis. Totius corporis
habitùs adeo ad grāuitatem , comita-
tēmque factus, vt obuios obstupeface-
ret, componerētque. Quin multi viden-
di cupiditate capti , resistebant etiam,
hærebántque ad eximium illud hone-
stissimæ maturitatis decus intuendum.
Ad summam dici potest tam puro præ-
stantique animo corpus à Deo datum
fuisse, quod forma , & aptitudine cum
animi pulchritudine certarer, quódque
ipsa corporis species simulacrum fuerit
mentis, figura probitatis.

Et vero quid mirum Berchmannum
tantam morum maturitatem comitare
conditam spirasse, qui iam dudum sua-
vissimæ grāuitatis & maturitatis leges
sibi diligentissimè obseruandas præscri-
pserit in hæc verba : Vide ne ulli vn-
quam sis grauis, & nulli in Societate
molestus, sed potius omnium sis recrea-
tio. Et: Caue, ne id quod tibi displicet

S 4

in

Cepar. pag. 352. E⁹ pag. 361.

In alijs, etiam in naturalibus, vñquam facias Verbi gratia: Tarditas & languor in moru displicet. Libertas in loquendo etiam de spiritualibus displicet. Contumelie frequens displicet. Nimis delicate se habere displicer. Libertas in conuersando displicet. Modus conuersandi ironicus displicet. Ferre manus postungum displicet. In platea retro respicere & libere, displicet; Faeile mouere caput displicet, Cachinnari, clamare alta vocē, immoderatè ridere displicet. Lætitia exterior, coniuncta cum magna obſeruantia placet. Manus iunctas antepositus habere, placet. His & id genus placitis Berchmannus suauissimā mortuum suorum grauitati moderabatur.

Denique hanc morum maturitatem grauitatēmque, comitatēmque noctantum modo viuens, sed etiam moens, & iam iamque exspiratus spiruit. Tunc enim illud hoc in genitivo animaduersum fuit, Berchmannum signiter alioqui demissum modis.

verecundiāque eximum, qui non ma-
iores modo, sed infimos quósque re-
uerebatur, néque alias facile cuiquam
(nisi intimā familiaritate coniuncto)
documenta vila tradidisset; vesperā su-
prium, tanta libertate locutum, tan-
quam fuisset potestatem habens. Et
certè ea erat tum loquentis grauitas, ut
quiuis facile intelligeret, non tam il-
lum, quam Deum, eius verbis loqui.

§. X I I.

B. V. E Berchmanni in colloquijs
p̄js instituendis diligen-
tia.

Mens Dei plena non nisi pia, diuinā-
que eructat eloquia. Vnde colligere est
beatissimam Dei parentem, Dei, diuinæ-
que gratiæ plenam, piorum de rebus
diuinis colloqiorum diligentissimam
fuisse. Nam cum de mundo non esset,
e amnes de rebus ad mundum pertinen-

S. S. tibus.

tibus sermones abhorrebat. Hinc filius eius adoptivus Ioannes Apostolus de mundi amatoribus differens : Ipsi de mundo sunt, inquit, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.

Ac Virginum sanctissima de mundo non fuit, sed præ Apostolis (ut pote postolorum regina) de mundo electa, ideoque piorum colloquiorum studiosissima. Hanc, ut & in hoc genere Berchmannus imitaretur, frequentissima, piissima, religiosissima apud suos sodales colloquia instituit. Certè colloquij concessi tempore (ad quod vñā cum ceteris semper accedebat) de Deo, de rebus religiosis, ac sanctis, nec alijs, verba dicebat; Et tanto quidem sensu, ut hæc recreatio, quā maximè frui posset facile esse videretur.

Contigit eum aliquando inter colloquendum dicere valerudinem suam molestiâ tentari, affligique posse, si non reperisset, cum quo de Deo sermonen instituisset,

Quan-

Quanta aurem & vi, & gratia de diuinis rebus loqueretur, vel eo colligi potest, quod grauissimi Patres affirmant, sensisse se Berchmanni sermonibus aut ad poenitentiam commoueri, aut ad amorem Dei inflammari amplius atque ipsa oratione, alijsque, quæ obibant exercitijs religiosis. Habebat nimirum singularem cum in dicendo venustatem, tum in persuadendo vim, utque erat vrbaniſſima sua affabilitate omnibus charus, nemo non ei deferebat, ut quâ ferè collocutione eum delectari scirent, eò se vltro inclinarent. Ambitiosius namque eius necessitudo à multis experebatur, quam ipse cuiusquam congressum, colloquiumq; quæreret, qui omnium promiscuè societati sese inferebat. Si illis forte, qui inferiores erant, aut humiliaora studia tractabant, sese adiunxisset, tum suauis quædam, nec molesta autoritate de rebus prijs sermonem tradiebatur ipse, nec invite reliqui obsecundabant. Si maiorū

cir-

circulis accepisset, simplici quodam ean-
dore, singularique gratia, subiiciebat
idoneam sermonis materiam, quam illi
scilicet arriperent; atque ita quod in-
tenderat animo, obtinebat. Scriptum
reliquit, non nisi semel & iterum tunc
illo tempore, quo Romano in Colle-
gio degit; laborasse, ut dissertationis
piæ ansam inferret; nec illud quidem
cuiusquam recusantis culpa, sed ipsa
magnitudine circuli collecti, in quo
eundem diutius produci sermonem
difficile videbatur. Quare & ipse plu-
xium, quam duorum triumque sodalium
cætum, via qualibet inter colloquen-
dum refugiebat, & alijs, ut vitarent, per-
suadebat.

Professores scholarum simul forte à
prandio obambulantes in horto, Berch-
mannum eminus aduentantem conspi-
cati, ex compacto atque animi gratia
simularunt, se colloqui de rebus belli
Berchmannus compositis ante pecti-
manibus, vultu in terram demisso, cum

ijs silens vtique ambulabat; ac tum de-
mum illi subridentes, patientia eius re-
creati, ingenuè scilicet professi sunt, ad
militiam se ioco & de industria auertit-
se sermonem, protinusque vnde abie-
rant, in dissertationem rerum cælestium
rediére.

Multum operæ ponebat in sylua,
seu copiâ quadam colligenda diuina-
rum rerum, quas inter colloquendum
in commune proferret. Si quid rarum,
exquisitumque in concionibus, aut
lectionibus publicis, aut priuatis adhor-
tationibus, aut lectione super mensa au-
diuisser, aut etiam legisset ipse apud sa-
cros auctores, scripto adnotabat. Sed duę
res præ cæteris in hoc studio longè præ-
stantiores fuere; prima quod superiorū
auctoritate, cum seorsim in contubernio
degeret, inter sodales illos suos instar A-
cademiolæ cuiusdā religiosæ instituerit
(vacationū diebus, quibus in Vineam
itur rusticatū) quam ille non Academiā,
sed colloquia religiosa vineę appellabat.

Interdiu igitur ad horæ spatiū, in porticū aliquam, aut apertū rugioli quodpiam conueniebant. Hic virtus aliqua proponebatur plurimū sententiā selecta, de quā conuentu proximo erant dissipatū. Proximis comitijs actum de fraterna charitate, de modestia, de humilitate, de custodia sensuum, de sua ipsius abnegatione, de oratione, de tollerantiā, de sancta animi alacritate; nam hunc ab eo descriptum ordinem fuisse constat. Tum vni alicui eorum dabatur prouincia, hanc illamū virtutem definiendi, indicandique, si quæ regula, quod maiorum decretū eam præcipere, eiusque faceret mentionem. Alius aliquis referebat, qui virtutis illius actus interni, externiq; possent exerceri. Huic cura erat adducendi incitamenta, quæ ad amplectendam virtutem inuitarent. Illi erat munus impositum dicendi, quæ ratione ac via, quibus item medijs ad virtutem obtinendam perstringeretur. Illi denique cautio erat adserendorum ex emplo-

emplorum, sicut testium, qui hac illaue
virtute floruisse. Quilibet sese ad im-
positam prouinciam strenue per hebdo-
madam præparabat, diéque feriato in
vineam coibant loco constituto, déque
rebus propositis simpliciter breuitérq;
confabulabantur. Sub finem permitte-
batur vnicuique quæstiones de pertra-
ctata virtute ponere: quibus expeditis
ad vitiorum fugendorū tractationem,
codem ordine procedebatur. Viguit id
institutum etiam post Berchmanni mor-
tem, vigerque ut audio, vsque huc, Né-
que aliò hæc spectabant, quam ut sese
mutuò ad virtutem accenderent, & à vi-
tijs auocarent, similique materiam col-
ligerent rerum idonearū, quibus quam
plurimos colloquendo iuuarent. Repe-
riuntur autem prescripta à religiosissi-
mo Iuene omnia, quæ iam dictis in
conuentibus suo tempore suere per-
tractata.

Altera eiusdem conatus industria fuit,
quam sui præcipue causa adhibebat,
per-

perpetua diligentissimāque lectio Constitutionum, legum, Annalium, Historiarūmque Ordinis nostri; rerum item sanctis Societatis viris, aliisque gestarum. Hæ, tantæ eius erant delitiæ, ut aliquando Cepario diceret: Mea delectatio sunt, Regulæ, Exercitia ac vitæ nostrorum Beatorum. Has igitur legebat cum ipsius sui instituti causa, tum uijis penitus imbutus, nihil eorum ignoraret.

Quantum verò ipse ab hoc suo studio sibi promitteret, vel inde conciporest, quod inclinatâ iam vitâ ab adolescentे quodam Polono interrogatus de ratione traducendi ritè temporis, quod colloquio quotidie indulgetur, ita responderit. Si vis sermones pios facile, felicitérque collocutionibus aspergere, legito Historias, & Annales Societatis nostræ; hæ! quippe res, cum propriæ nobis sint, omnibus quoque perplacent; quorum equidem tantam meâ causa siluam collegi, ut nulla pro-

pe dissertatione, cuiuscunque demum argumenti incidere possit, cuius non exempla semper aliquor ex ipsis Societatis rebus adferre possim.

Præterea confecerat sibi syllabum Martyrum virorumque sanctitate illustrium Ordinis nostri, quorum anniversarios dies magna eorum, quibus cum loquebatur oblatione celebrabat. Observatumque est, quoties per aulam Collegij (in quo eorum imagines propositæ sunt) pertransiret, aperto semper capite ijs habuisse honorem. Tam erat accurate instructus in primordijs, progressu, vniuersoque Societatis nostræ statu, ut non legisse modò, sed etiam scripsisse historias, Annalésque eius videretur, affererentque grauissimi Patres, qui saepius de Societatis rebus differentem audierant, nunquam sibi reperitum alium, qui aut maiorem earum rerum cognitionem haberet, aut maiore affectu de ijs loqueretur, aut loquentes audiret.

Neque

Neque mirum est Berchmannum tam
frequenter, libenter, constanter, arde-
ter de rebus spiritualibus ac pijs locutus
cum talia loquendi dudum sibi sanctissimum
præfixerit & non vnum de-
tum De pluribus sit satis vnum al-
rimum verbis eius expressum, quibus
ita se neti pium allocutus: Sit tibi con-
honor Societatis; sit tibi cordi modellus
& in recreatione loqui de rebus spiritalibus:
Non erubescere; querere loqui
de rebus spiritualibus. Omnibus diebus
Sabbathinis aliquid in recreatione lo-
qui de B. Virgine, & dominicis de la-
nerabili sacramento.

Denique e meridianæ congregacionis
colloquio (vt etiam spiritualium collo-
quiorum fructus addatur) aiebat Ber-
mannus se nouos spiritus colligere
reliquum spatium diei; Vespertina-
tem collocutione adiuuari ad institue-
dam ardentius meditationem, commu-
nionemque diei sequentis. Quare vi-
si sibi diuinitus instinctos fuisse Par-

qui sextis comitijs Generalibus horæ illius geminæ remissionem, non leuibus rationum machinis oppugnatam constanter retinendam censuissent, quando tantos in ea fructus existere sentiatur.

§. X I V.

B. V. & Berchmanni Fides.

Credere aliquid ut Dei legem, diuinamque reuelationem ex iusta credendi ratione, firmoque motuo, virtutis est, & quidem summæ. Quo verò ea, quæ creduntur sublimiora sunt, & ab humano ingenio sensuque remotiora (quemadmodum sunt Christianæ Religionis mysteria) hoc, fidei virtus, qua talia creduntur, præstantior, Deo gravior, merito maior, præmio dignior. Hinc Magnus Leo: Magnarum inquit, hic vigor mentium est, & valde fidelium lumen animarum, incunctanter credere, quæ corporeo non videntur intuitu.

Huiusmodi vigore, huiusmodi lumine prædita fuit Magna, imo maxima,

Aug. de S. til. cred. c. 1.

Opti-

S. Thom. 22. q. 82. a. 9.

Optima Dei Mater & Virgo MARIA,
quæ non credidit friuola friuolis mor-
uis, ut credidere pagani (Nam de quo
bet horum dici verè potest : Qui fac-
credit, leuis est corde) sed credidit
iusta credendi ratione, firmoq; motuo,
credidit sublimissima & ab humano in-
intellectu, sensuque remotissima Chri-
stianæ Catholicæ fidei mysteria. Cred-
dit ineffabile SS. Triados mysterium in
lege naturæ tam reconditum, in scriptis
Mosaicâ adeo paucis cognitum. Perfor-
xit illud in diuino Codice adumbratum
prophetarum oraculis reuelatum.
clarus à Gabriele Archangelo expro-
sum, qui & personam Patris, à quo mihi
fus fuerat, & Filij (cum dixit Filium
tissimi in utero eius conceptum in)
S. Spiritus, memorauit, disertèque totum
mysterium eius opera perfectum in pre-
nunciauit. Credidit æternum Dei ve-
num, naturalem nempe Dei filium, ea-
dem diuinitate cum patre & Spiritu sa-
eto prædictum, naturam humanam a-

sum.

sumpturum. Credidit se virginem esse
illam à Deo electam, in qua sacratissi-
mum hoc mysterium perficeretur. Hæc
& id genus alia à sensibus remotissima,
intellectu difficillima, firmissimo inni-
xa fidei motu credidit B. Virgo prius,
quam mundo Euangeliū promulga-
retur, & antequam filium miracula pa-
trantem suis oculis usurparet. Atque
huic Marianæ fidei illustrissimum per-
hibuit testimonium S. Elizabeth, cum
à B. Virgine salutata respondit. Beata
es quæ credidisti, quoniam perficiuntur
in te ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.
Verè felix, beataque, imò (vt S. Augu-
stini verbis utar) beatior fuit M A R I A
percipiendo fidem Christi, quam con-
cipiendo carnem Christi.

Ad virtutē fidei pertinet etiam eiusdē
fidei Confessio, ab Apóstolis equidem o-
lim exhibita, sed in Christi Passione, ne-
gata. Cæterum beatissima mater, quem-
admodum perfectissima fuit in fide, si
& constantissimè in eiusdem fidei con-
fessio.

fessione duravit, filioque etiam in cruce
cum fixo fidelissimè adhæsit, cum dissi-
puli illo relicto, desertoque omnes fu-
gissent.

Talem tantamque B. Virginis fidem
Berchmannus etiam studuit æmula-
quemadmodum vel ex his sius media-
tionis verbis colligere licet: Dum Ave
Maria recitatur, petetur à B. Virginis
imperet nobis Fidem, quâ ipsa praie-
pue enituit, Primò credendo se Virgo
nem, & Matrem futuram; ita & tu mis-
eria poteris &c. Secundò, plurimi facies
do mysteria fidei, quæ docuit etiam
postolos; Ita & tu plurimi facies my-
steria fidei. Tertiò, tempore passio-
Dominicæ, omni ex parte stabilis, & ho-
ma permanendo; Ita & tu perseveras
tempore tentationum.

Sacratissimum Eucharistiæ myste-
rii præ Sacramentorū reliquis merito
pellari Sacramentum fidei potest, quod
in hoc maximè fides exerceatur, si C
itus in eo præsens credatur & colatur
quo

quo (quemadmodum S. Bernardus lo-
quitur) Christus tangi potest, sed affe-
ctu, non manu; voto, non oculo; fide
non sensibus; tangi potest manu fidei,
desiderij digito, deuotionis amplexu, o-
culo mentis. Porro sic præsentissimum in
hoc Sacramento Christum credidit, co-
luitq; & quidem frequentissimè, piissi-
mè, religiosissimè. Hinc cum Nouitium
adhuc Societatis ageret, toto tirocinij
sui tempore quotidie minimum septies
augustissimum Eucharistiæ Sacramentū
visitabat, ac dum è templo discederet
vicarios sibi in redditum surrogabat, bea-
tos Aloysium Gonzagam & Stanislaum
Kostkam. Cumq; Nouitios plures hoc
prouocasset exemplo salutandi sanctissi-
mam Eucharistiam, post factum Con-
scientiæ examen vespertinum, non le-
uem ex eo accipiebat voluptatem, dice-
batque in historijs sanctorū huius ferē
ævi hæc duo abs se notata, cultum nem-
pe erga sanctissimam Eucharistiam &
Religionem erga Deiparam virginem,

T 3

Néque

Néque Nouitius tantummodo, sed etiam postquam tirocinio emersit, eandem colendi sanctissimum Eucharistie mysterium consuetudinem constantimè, atque usque lethalem ægritudinem, quæ eum lectulo affixit, obseuauit.

Atque hanc erga SS. Eucharistie mysterium fidem, quamuis quotidie exhibuerit, maximè tamen probauit, diebus, quibus dominico corpori communicabat. Itaque Eucharistiam perpturus hoc sibi decretum præscripsit. Persistam in actibus fidei, & charitatis & incipiam aspirare ad Christum dicendo : Quis mihi det te fratrem meum, fugentem ubera matris meæ &c. Quem admodum desiderat cervus ad fontes aquarum &c. Sitiuit anima mea a Deum fontem vivum &c. Veniat dilectus meus in hortum suum. Offerat hæc desideria Christo per B. Virginem & cogitabo illum respondere : Ego vniām & curabo eum ; Et dicam hum-

Cepar. pag. 235.

littera

liter : Domine non sum dignus &c. In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam Amen. Statim ac receperisti, alicet actum fidei, nimirum credere te hoc, quod habes, esse verum filium Dei, & B. Virginis. Tum cum omni humilitate quæras ab illo : Vnde hoc mihi, ut dominus meus veniat ad me? Gratias agam per breuem orationem vocalem, & petam, ut idem patroni mei faciant; Tum offeram illi corpus & animam meam, aliquod munusculum in particuliari verbi gratia, mortificationis ; Tum vota mea illa renouando ; Demum firmum propositum seruiendi Matri eius B. Virginis. Deinde conuertam me ad Deum Patrem, petens aspiciat in faciem Christi sui, & per sacra vulnera eius petam, ut supra, omnia.

Finiam rursus gratias agendo, & veniam petendo, quod tam male illud tratarim, dicam : Laudate Dominum

T. 3 omnes

Omnes gentes, &c. Ecce quot fidei actus
elicuit, cum dominico corpori commu-
nicaret! Néque hos fidei actus tantum
modo elicuit valens ac viuens, sed mo-
tò sæpius & pientius moriens. Hinc in
moribundus toties exclamauit; Credo
Domine, Spero Domine, Amo Domine.

Cepar. pag. 198. E 200.

Cumque ad virtutem fidei pertinet,
ut diximus, eiusdem fidei confessio in
hac etiam Virginem imitari gestij. His
moriens diuinissimo se viatico refecto
rus, cum sacram sacerdos hostiam dig-
ris teneret, improuiso, sed magno ani-
mis spiritu (sciens corde credi ad iusti-
tiam, ore autem confessionem fieri al-
salutem) in hæc verba protupit: Pro-
testor hic esse verum filium Dei Patri
omnipotentis, & beatissimæ semper
Virginis. Protestor me velle viuere
mori verum filium sanctæ matris Ecclesie
Catholicæ, Apostolicæ, Romanae.
Protestor me velle viuere verum filium
beatæ Mariæ Virginis. Protestor me vo-

le viuere & mori verum filium Sóciatatis.

Atq; hanc Orthodoxam fidem Berchmannus non tantummodo viuens professus est, sed eidem quoque moriens mordicus adhæsit. Nam cum ægritudine lethali decumberet, & Collegij Romaní Rector viso illo tanto, tam insolito concursu, non Fratrum modò, sed & sacerdotum in genua sese abiijcentium potentiumque ab eo se cruce signari, subueritus ne malus dæmon gloriolæ alicuius inanitate inflatiores ei fortè spiritus faceret, egredi cubiculo iussis, qui aderant Berchmannum sic admonuit: Mi frater dupli potissimum temptationum genere salutem tuam peteres dæmon hoc tempore posset; Fidei nimis, & inanis gloriæ agitatione. Macte igitur animo aduersus utrumque armatus fortiter decerta. Tum Berchmannus: Deum veneror, mi Pater, equidem aduersus fidei oppugnationes sis mihi armatus videor; Contra vanas

gloriæ assultus, si qui euenerint iam iam
egregiè me communiuit spiritualium
xerum Præfectus.

Denique cum supremos iam vita
mortalis halitus duceret, huius ortho
doxæ, Catholicæ, Apostolicæ fidei sui
memor (quamuis alias omnium alia
rerum mortalium immemor) aliquo
ties exclamauit; Credo Domine. Spero
Domine, Amo Domine. Ita dixit ita
xit, suoque Domino fidelis, in domino
feliciter obdormiuit, moriensque ope
ratus iustitiam, per fidem inferorum re
gna vicit, & adeptus re promissiones sy
giorum ora leonum obturauit, perennis
imperium ignis extinxit, tartarei acies
gladij effugit, de infirmitate conualuit,
fortis in extremo factus bello, cæstra
vertit exterorum, potitus regno cælorū.

S. X I V.

B. V. Et Berchmanni Spes.

Spes in Deum desixa nascitur ex di
vinæ bonitatis, & misericordiæ notitia
secundum

secundum illud Iessei Vatis oraculum :
Speret Israël in Domino, quia apud Do-
minum misericordia, & copioia apud
eum redemptio. Quare cum B. Virgo
clarissimam, plenissimam, eminentissi-
mam habuerit diuinæ bonitatis, & infi-
nitæ misericordiæ notitiam, & experi-
entiam Christum quóque non tantum-
modo redemptorem suum, sed natura-
lem etiam filium agnouerit, eumq; præ-
sen tem suis met oculis usurparit, non
potuit non firmissima in Deum spe, cer-
tissimaque fiducia prædita fuisse.

Cæterum hanc adeo certam, firmam-
que beneficiorum à Deo obtainendorum
spem præstar conscientiæ puritas, qua
quis millies mori māvult, quam vel le-
uissimè offendere Deum. Hinc Ioannes
Apostolus : Si cor, inquit nostrum non
reprehenderit nos (id est, si scientes, vo-
lentes nullis peccatis nos impiauerimus,
quorū nos meritò conscientia accuset)
fiduciā habemus ad Deum. & quic-
quid petierimus, accipiemus ab eo.

Eadem spes fiduciāq; operū bonorū frequentatione, mira capit incrementa. Hinc Apostolus: Qui, inquit, bene ministrauerint, gradum bonū sibi acquinet & multam fiduciam. Quæ cum ita consequens est beatissimæ Virginis maximam, certissimā, firmissimāq; spem fuisse, cum fuērit & omnis peccati pura & bonis operibus iugiter intenta.

Hanc spem, fiduciām q; Magnæ Matris exprimere Berchmannus eius filius egregiè conatus est. Nam cū claro meritis integerrimæ obturu, perennes diuinae bonitatis & misericordiæ fontes perfidisset, animūm q; ab omni grauioris peccati maculâ emaculatum præstare. Studuisset, & improbo labore bona per opera accumulare contendisset, nō rito singularem de diuina bonitate spem concepit. Et quidem Magnæ Matris emplo. Hinc suis in meditationibus Berchmannus: Ave recitato, inquit, temus spem, quâ B. Virgo maximè gemit. Primo in speranda æterna glo-

Cepar. pag. 271.

& quicquid à filio petebat; tu eadem sperabis. Secundò in se totam, cum summis premeretur angustijs diuinæ prouidentiæ committendo; pendebis & tu à diuinâ prouidentiâ. Tertiò in longanimitate expectanda gloria tantopere à se expetitâ; Tu etiam longanimis Dei dona expectabis. Et alibi : Pater recitato, petemus à Filio, qui spes nostra est, ut magna cum spe ad Virginem accurramus, primò quia Deum ipsum ad nos traxit; secundò est aquæductus, per quem facile cælestem aquam in hortos nostros deriuabimus; Tertio est Regina ditissima, & liberalissima. Indubia Theologicæ spei tessera est, cum quis ad Deū confidenter suis in necessitatibus recurrit. Id enimuerò fecit Berchmannus, qui suam spem non in gratia humana, sed diuina misericordia ac bonitate totam collocauit, quemadmodum in rebus ab eo gestis, à Cepario Italicè conscriptis liquido est videre.

Cepar, pag. 272.

Atque

Atque hanc spem quam viuens vis
uam, firmam, certam, solidam semper
exhibuit, moriens non amisit. Hincle-
tuali iam morbo fractus, & lectulo-
tenus, cum à Romani Rectori Collegi
suam perire, & in precibus ad Deum
susis sanitatē flagitare iussus fuisse, pap-
lo post ab eiusdem Rectori Collegij ad-
dixit: Mi Berchmannne frater inter in-
tandum sacras officij Canonici preces
adverterunt mihi animum illa cuiusdam
Responsorij verba, quæ quadrare in re
videntur: Puer meus noli timere, qui
ego tecum sum dicit Dominus. Si ma-
sieris per ignem, flamma non noscet
tibi, & odor ignis non erit in te. Libe-
bore de manu pessimorum, & eruam
de manu fortium, auguror probatum in
in te vaticinij veritatem. Tum ille lo-
spero, respondit, sed meritis beatissimi
Virginis: Eademque secum verba rep-
tando saepius repetebat; ac solus cu-
esser, aut à paucis circumfessus, suauis
mis affectionum piarum iaculis calu-

Cepar. pag. 186.

Pete

p̄etebat, præcipuè verò Deiparam hiscē; similibusue sententijs alloquebatur: Ne me deseras MARIA, ne me fallas, filius enim tuus sum, tu scis, quia iuraui.

Hanc denique certam, firmam, solidāmq; spēm diuinarum promissionum veritati nixā Berchmannus quemadmodum viuens exhibuit, ita moriens suis sodalibus egregiè probauit. Nam cum suprema virium debilitate fractus non obscurè magnis Berchmannus passibus ad vitæ metas iam properaret, Romanī Collegij Rector ad eūm ingressus ad exercēdos varios virtutum actus, Berchmannum sententijs hiscē breuibus, quibus alias solitus erat per hunc modum prouocauit: Doleo Domine; Credo Domine, Spero Domine, Amo Domine. Atquē in hac spe singulariter constitutus, in pace in idipsum dormiit, & requieuit;

¶. X V I.

B. V. E^S Berchmanni Charitatis
erga proximos.

Fuit beata Dei Mater Virgo, perfec-
tissima consummatæ norma Charitatis
proximis debitæ. De hac S. Bonauen-
tura differuit in hæc verba: MARIA cha-
ritatem proximi ore faciebat. Ipsa enim
est, de qua dicitur apud Lucam: Et si-
stum est, ut audiuit salutationem Ma-
riæ Elizabeth &c. Charitas inquam
proximi salutationibus & alijs charita-
tiis locutionibus semper fouenda es.
Væ eis qui propter odium, salutare
nem proximo negant. Et quid enim in-
quit, eam ad officium charitatis festin-
re cogebat, nisi charitas, quæ in corde
cius seruebat? Væ ergo tardis ad operi
charitatis. Ita S. Bonaventura de chari-
tate, quam Mater Virgo proximis exhibe-
bere dignata.

S. Bonav. in Spec. B. V.

Huius maternæ pulchræ que dilecta-
mis imitandæ studio Berchmannus

census mirè proximum dilexit. Quod vel hinc colligere licet, quod examen accuratum particulare de proximi charitate formarit in hæc verba : *Examen particulare de charitate proximi*

Cepar. pag 247.

Primò ; patienter ferre defectus fratum, & facere unum actum charitatis.

Secundò ; Neminem iudicare, & facere duos actus charitatis.

Tertiò ; De omnibus bene sentire, & facere tres actus charitatis.

Quartò ; Compati alijs , & facere quatuor actus charitatis.

Quintò ; Congaudere & congratulari quando alijs res bene succedunt , & facere quinque actus charitatis.

Sextò ; Ero benignus, & obsequiosus, & facere sex actus charitatis.

Septimò ; Semper excusare fratres in animo meo , & apud alios , & facere septem actus charitatis.

Octauò ; bona & placida verba dare, & facere octo actus charitatis.

Porro

Porrò cum Examen hoc, quiddam
theoricum spiret, videamus nunc quan-
nam fuerit huius theoriæ praxis. Iraque
hoc vniuersim de Berchmanni charita;
qua proximos diligebat, dici verè debet,
quod pacem colebat adeo sancte, ut
nunquam cum aliquo contendere sit
auditus; Si verò qua in domo sordates
suos audisset cum aliquo rixam simila-
temue suscepisse, ab eorum protinus so-
cietate discedebat. A socijs autem, qui
eum in sinu gerebant non solum dilige-
batur, verum etiam in tanta veneratio
ne habebatur, ut ab eo sermones regu-
perinde permittérent, ac si summam
eos auctoritatēm obtinuisse. Tantum
potest, polletque virtus, ubi ad plurimum
existimationem dimanauit.

Ex eadem charitate profluxit, quo
Berchmannus esset seuerissimus sui cen-
sor, acerrimusque aliorum defensor,
cere identidem sibi solitus: Cauebo n-
hi sedulò à iudicando alios, nec alioru-
mę rebus immiscebo. Si quid excusat

Cepit, in miscell. pag. 255.

Si occurret compatiar, me inspiciam, &
de facto recitabo pro emendatione vel
Aue, vel simile. Et: Fac habitum in ex-
cusandis alijs in visceribus Charitatis.
Et: Valde lubentem me præbebo in con-
cedendis dictatis, & similibus, & chari-
tatem custodiam ut pupillam oculi.

Cepar. pag. 259. 255. 149.

Eadem Charitate duce Berchmannus
alijs quæcunque commodiora libens
cedebat, & quoties rogabatur pro alijs
orare, paratissimus erat, aliorumque se-
precibus in vicem commendare solebat.

Atq; hanc in proximos charitatē ma-
turior ætas in Berchmanno non tantū-
modò nihil minuit, sed etiam vēhemen-
ter auxit. Hinc non solùm (quando ei
per hebdomadā id munus obtigerat)
mensarum analœcta sportulis seruata,
ad portam lāetus pauperibus erogabat,
sed quoties is, cui ea cura, aut æger, aut
Occupatus aberat, vel indicasse id Berch-
manno sufficiebat, ut promptissimè ad-
volaret, eratq; vulgo perfugium omniū

ad id gentis officia ambitiosissime suscipienda, si quis impeditior suam eivicem demandasset.

Charitatis est, & quidem singularis non tantum miseras aliorum vices misereri, sed etiam ad paenam pro reis exoluendas sese offerre. Fuit huiusmodi charitas in Berchmanno, qui, quotiescumque Rector vtebatur eo ad denunciandam alicui paenam pro admisculpa, ille in genua prouolutus, ut sibi pro reo paenam liceret luere supplex precabatur. *Cepas pag. 27.*

Quod si forte Rectorem extare non licuisset, tum ille tam dextrè apte quemam fonti denunciabat, ut qui paenam grauatem subiret, nemo unquam fuerit inuentus.

Magnæ charitatis est proximorum coporibus opiculare, maioris etiam eorumdem animis, ne pereant, operam nauant. Tali charitate flagrauit Berchmannus ardentissimus animorum Deo suo laudandorum zelotes. Hinc linguam Gal-

licam (cuius antea ignarissimus fuerat) ita didicit diligenter, ut in triclinio saepius Gallicè sit concionatus. Quam linguam didicisse se narrabat, ut obeundis Societatis muneribus magis esset idoneus, & ne vel ynius animæ damno esset imperitia eius linguae, quæ tam familiaris est Flandriæ yniuersæ.

Cepar. pag. 34.

Earundem animarum Christo laurerandarum studio accensus, multus erat in memorandis religiosorum Societatis Iesu Patrum missionibus ad laponem & Chinas, earumque postremam expectare ipse se ostendebat, ac si quæ inde de religione noua adferebantur primus sodalibus indicare ad eorum consolacionem festinabat.

Adeo ingenti ardebat zelo iuuandi domesticos omnes, nec minori charitate ferebatur in salutem exterorum, atq; ut secundis aliorū successibus mirè lætabatur, ita dolebat aduersis, nec minor eum proximi, quam sui solicitude exercebat.

Nouitius quidam propositi pani-
tens, viam explorabat abeundi. Ipse ei-
genua se aduoluit dubitantis, obtell-
tur, dies aliquot maneat; interea soci
solicitati, ut pro eo Deiparam deprece-
tur; & constantiam nutanti videtur im-
petrasse.

*Berchmanni Charitas erga No-
uitium Ordinis.*

Eadem charitate, quâ prædictum No-
uitium, etiam scholasticum in suâ voca-
tione vacillantem retinuit. Res ita se ha-
bet. Festo fortè die scholasticus aliquis,
feruentissimo Leonis sidere, sub ipsum
meridiem egredi parabat; addubitans
P. Minister quem ej comitem iungere
Berchmannum tandem designauit. In
incubiculo repertus coronam rosaliam
voluere, nihilo segnius, quâm rogaba-
tur operam comitandi addixit, priusq;
alterum ad ianuam præuenit, qui cum
tantis cæli caloribus ad Carthusianoru-

ceno-

*Eiusdem Charitas erga Scholaſti-
cum Soc. Iesu. Cepar. pag. 116.*

cœnobium longè sanè à Romano Col-
legio abduxit, ibique vocato Monasterij
Priore, cum eo seorsim in cubiculum
secedente Berchmannum duorum à se
cubiculorū spatio interclusum reliquit.
Mox cœnobio cum eo egressus Berch-
mannus disertè hæc socio verba infre-
git: Existimas, prô dolor, mi frater, igno-
rare me quid negotij intro gesseris, at
ego plus nimio id habeo exploratum.
Tu de deserenda vocatione tua agitas;
at non ita eueniet: Ego pro te tam cre-
bris Deum fatigabo precibus, ut respue-
re eam non valeas. Hic ille deprehen-
sum sese sentiens, obstupuit scilicet; Et
quoniam cū Cœnobiarcha iam sic con-
uenerat, ut ille ad Rectorem in Collegiū
hac de acturus veniret, quando nempe
ipse Collegio abesset; Berchmanno per-
suadere conabatur, ut lectionis audien-
dæ obtentu ad Professorum domum
tantisper secum digrederetur. At obni-
xus Berchmannus: Non, inquit, sed in
Collegium reuertamur. Quò cum per-

venisset, aliam mentem recepit, viuitq;
etiamnum in Societate Iesu probissimi
opinione viri, atque operæ strenuissima
fama, quam secundum Deum cœlitum
que reliquos Berchmanno debet. Atqui
hunc, similemue Charitatis affectum,
non vni tantum, alterius socio, sed
vniuersim cunctis maximè hospitibus
impendit. Nam si quem Societatis ho-
minem in plateis forte conspicaretur,
protinus suavi alacritatis benevolen-
tia &que significatione salutabat, cetera
licet ignotum, neque ad hoc temporis
visum: rogatus à socio, quid tantam in-
gnatos præ se ferret affabilitatem, re-
spondit: Quia fratres mei sunt. Eaque
familiaritate cum Patribus fratribusque
exteris domi versabatur, ac si pridem
omnes noti, familiarésque fuissent.
Quoties aliqui Societatis homines lon-
ginquis è mundi partibus aduentabant
ad complectendos eos pro more Socie-
tatis

Berchmanni Charitas aduersus ho-
mistes & ignotos. Cepar. pag. 118.

tatis, diligentissimus aderat, eorumque quibus cum fortè tunc loquebatur, colloquio tantisper abdicato, ad id officij alacer aduolabat, quod iam inde ab Apostolorum memoriâ natum seruatumque à priscis Monachis, ac viris Religiosis, illi amplexum pacis appellabant. Id verò faciebat vultu hilari, capite aperto, ac decenter prono, submisso ad terram corpore; opinatus sub hospitis persona se Christum accipere affirmantem: Qui vos recipit, me recipit. Hunc morem filios suos edocebat Magnus ille Occidentalium Monachorum Patriarcha S Benedictus prescribens hanc legem: Venientibus siue discedentibus hospitibus inclinato capite, & prostrato omni corpore in terrâ. Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Hac cogitatione Berchmannus hospites Societatis ex more complectebatur, aiebatque sibi quidem iucundissimum futurum fuisse, si venientibus & abeuntibus ijsdem signum aliquod

pre datum fuisset, quo audito omnes ad
ianuam descenderent, complectendo
monstrandæque charitatis ergò; dicens
solitus sibi: Quando vides aliquem
Societate alterius Collegij, reverere
lum ut Angelum.

Cepar. pag. 261.

Singulari ferebatur affectu in Adiu-
tores Societatis IESV Fratres, quibuscum
magna quoque iucunditare versabatur.
Nam cum ad alios indifferenter accede-
ret, ad hos sub colloquendi horam
studio conferebat, quod cum illis pro
suâ simplicitate, candoreque videretur
liberius de cœlestibus rebus agere posse,
sensusq; in meditatione perceptos cum
fructu effundere. Hos quoties vel emi-
nus prætereuntes vidisset, statim nuda-
to capite salutabat, et si in vicem illi lon-
gitudine interualli salutantem subinde
non obseruarent. Ipsi verò quod sancti
cuiusdam adolescentis opinionem de
ea comprehendissent, & consuetudinē
eius expecebant, & fidenter etiam,

cum

cum eo loqueretur, ab eoque instru-
rentur ad se invitabant.

Et quidem ersi per concessæ collocu-
tionis tempus, fruendi eius copia defuis-
set, cum forte ad obsequia diebus festis
templa facultatem impetrassent, Berch-
mannum sibi comitem dari à superiori-
bus exorabant, arque ipse cubiculo euo-
catus facilitate magna, ingenuaque cha-
ritate eis obsequebatur, nec per viam
nisi diuinis de rebus verba faciebat.

Conspicatus aliquando collocutio-
nis tempore, quendam solitariè stan-
tem, Patri cuidam quocum agebat :
Quid ni, mi Pater aiebat, ad bonum il-
lum Fratrem sine socio stantem, ad al-
loquendum, recreandumq; accedimus?
Alias frequenter duobus simul Adiuto-
ribus fratribus visis, ipse tertium se ad-
miscebat, officij præstandi causa; aliorū
suorum Collegarum Societate non in-
urbanè desertā, qui studio eius approba-
to, mox inter fere: Fateri deniq; necesse
est, iuuenem hunc revera esse sanctum.

Dici non potest quanta eos charitate
eum ægri essent habebat. Sæpius visebat
per diem, cælestibus, nec iniucundis col-
loquijs recreabat: æstate feruentiorib[us]
horis, aquam eis è fonte recente haurie-
bat, ori refrigerando propinabat, lauan-
dis manibus affundebat; atque ut eorum
corpora reficiebat aquæ recentis frigo-
re, sic animos accendebar, recreabatque
ardente illa charitate, quâ promptissimè
illis seruiebat.

Diebus veneris quando Mortatio do-
mi haberi solet, lubens à cæna, quæ di-
cta erant ijs repeatabat, quoridic vero
historiam de beatissima Virgine affer-
bat. Cùmque illi exploratum haberent
quâ ferè horâ venire soleret, magno eius
desiderio opperebantur aduentum læ-
tique iactabant: Iam mox aderit Berch-
mannus ad historiam narrandam. Et si
quando impeditus ad horam forcè non
venisset, ministrum domus exorabant,
ut venire eum iuberet; adeò præsentia
illius consolari se sentiebant.

Quo-

Quotidie ad ægrorum lectulos visebat promiscuè ab ingressu nosocomij exorsus, eosq; solabatur diutius, qui (quod rariùs visebantur) maiore solatio indigebant. Ex cubiculis, ubi maiores comprehendebat visitantium cætus, brevissimè excedebat, ad eos, quorum lectuli nullo consortio cingebantur. Quoniam autem per contagionis metum eâ visitandi licentiâ per dies aliquot, domesticis fuerat à superioribus interdictum, Berchmannus, qui visendi officio defungi pro more, non poterat, ab ægrorum curatore diligenter quærebat, eequi singuli valerent. Cumque rursus eos adeundi copia à superioribus facta fuisset, saepius visebat per diem, cælestibus nec iniucundis colloquijs recrebat.

Berchmanni Charitas aduersus agros
Gniuersim. Cepar. pag. 114. Ep 115.

Atque hanc tantam charitatis prolixitatem non ægris modò, sed valentibus quoque præstibat, quoties obsequium

suum poscebatur, vixque pronunciati
verbis promptus, hac similiue forma
respondebat: Effectum dabo, mi Pau,
& lubens. Si laboraret Pater Ministeris
socio, quem adderet egredi cupientibus
Berchmannus vnicum eius erat perfa-
gium, obtemperabatque semper, nullo
commutato verbo. Ac quia semel à stu-
dijs ad comitandum auocatus (cum
tuendis fortè Philosophiæ thesibus ar-
dentius incumberet, temporeque ege-
ret) senserat aduersus imperium inter-
nam quandam oblationem, & in pre-
sens quidem, nullo dato signo, comiti-
tus fuit, sed mox domum reuersus ad
suum illum animi motum aduertere
diebus aliquot singulare examen adhi-
bere, maturas præterea considerationes
insumere, donec paulò post partam tan-
dem diuina ope sui ipsius victoriam
sensit.

Peractis Philosophiæ disputationi-
bus saepius eo Minister ad egrediendum
vtebatur, siue quod vacuus nullo illi
prom-

promptior esset, aut magis præstò; Eus-
pítque subinde, ut vix cum uno aliquo
regressus domum, cum altero egredi in-
beretur. Ac semel flagrantissimis æstatis
caloribus, ter, quatérue die uno foras e-
gressus, cubiculi eius contubernalis vi-
cem Berchmanni miseratus: Obsecro
te, mi Frater, inquit, vide etiam atque et-
iam quid agas, neq; per imprudentiam
pecces, aut certè in morbum te calores
isti coniçiant. Tum ille placidè: Mi
Frater, ait, prudentiam ego moderato-
ribus relinquō; obediens mea solius cau-
tio est.

Eandem charitatem etiam in re mi-
nima, non minimo Berchmannus exem-
pli præstabat. Non iuuabat eum lusus,
sed magis differendo, disputandóq; ca-
piebatur. Tamen vacationum diebus
(cum Scholastici in vineam eunt) si à
quoquam ad ludendum inuitaretur, ijs
horis, quibus fas est vel trudiculis lude-

V 7

re,

Eiusdem Charitas in minimis.

Cepar, pag. 132.

re, qnibus in oblonga mensa per angustum fornicem, mobilémque sphäram eburneæ pilæ traijciuntur, vel laminis, faxisue missilibus, quæ ad signum propositum manu traijciuntur, colludebat, ut alijs solâ charitate ductus gratificaretur.

Quemcunque recens aduentantem admittebat in societatem lusus, etiam si perdendi certus fieret, imperitia accidentis. Nunquam in lusu aut verbis contendebat, aut vocem clamosiorem edebat, seu dextrè caderet iactus, seu sinistrè. Si vincebatur, statim genibus flexis Angelicæ salutationis sponsonem vitoribus persoluebat; Si vicit erat, neque insolenter gestiebat, neque victis insultabat. Quæ omnis adiunctarum rex collectio lusum (rem aliqui genero suo medium atque indifferentem) erigit in præstantiā actionis bonæ ac laudac-

Iam verò sicuti amauit omnes Religiosos homines, in primis Societatis Iesu filios,

Eiusdem Charitas erga Societatem.

filios, sūosque in Christo fratres, ita &
Matrem tenere omnino, pīque dilexit.
Nam Berchmannus propter augustam
illam existimationem, quā ei de Socie-
tatis instituto ac moribus iam nata
erat, hanc quoque de eā apud se sen-
tentiam statuebat: Societatem nimirum
tam bonis esse legibus vinclam, tam aptē
constitutam ex præscripto Euangelico-
rum Consiliorum, ut si nos ad amissim
communi eius vitæ accommodaremus,
si ordinem, si leges eius teneremus,
non solum in viros sanctoros ac perfectos,
verum etiam ad ipsum virtutum om-
nium culmen gradūmque editissimum
perfectionis, re nullā aliā adhibitā e-
uaderemus. Atque utinam verissimum
id esse intelligerent cultores omnes
vitæ Religiosæ, qui sāpē non conten-
ti sanctorum suorum fundatorum le-
gibus, atque institutis, temerariā qua-
dam audaciā atque imprudente impe-
tu, amant res nouas adiungere, am-
bulantes in mirabilibus super se,

in-

insolitā quadam seueritate, ac contrac-
tione, de qua tandem imbecillior na-
tura remittere cogitur, referuntur reuo-
ipsi, immanibus deiecti conatibus, ut
tāque celeritatem desistunt, quanta susce-
perant leuitate, aut asperiorem repu-
tantes virtutis viam deficiunt, abiecijunt
que in vita sese & licentiam, aut caco-
fui amore capti, inflatiq[ue] dicunt cum
Pharisæo: Non sum sicuti cæteri homi-
num; indeq[ue] in præcipitia proruunt,
vnde inconsultius eniti moliebantur;
aut denique valetudinem celerius labo-
factando student adipiscendis inter Re-
ligiosos commoditatibus; auctsi ijs non
student, Ordo ipse Religiosus, vppot
materno in suos affectu communica-
ritatis impulsus impetu, eas illis, quas
potest, decētque imunitates indulget.
Atque ita, qui sublimius volare con-
bantrur cæteris, nec cæteros æquare pos-
sibus, nec communem cum ijs vitam
aut leges valent obseruare. Berchmar-
no sanè non erat hæc morum via, quo
niam

niam obseruantissimus & amantissimus
erat Ordinis sui.

Enim uero summa, quam de Societate
te combiberat opinio, admirandos in eo
excitabat affectus, ac primò quidem a-
morem quendam intimū, tenerrimūq;
aduersus ~~Societatem~~, cuius lætis succes-
sibus gemitum vidisses, sollicitum fa-
mæ ac nominis eius sempiterni, quam
matrem scilicet Societatem sanctam, so-
cieratē amoris, diuinūmque opus ap-
pellare solitabat.

In quanto autem beneficio duceret
Religioni se esse adscriptum, vestibūsq;
Religionis indutum, arguit insignis qui-
dam pietatis actus, quem manè inter
vestiendum quotidie exercebat, imitatu-
dignum, atque his ab eo verbis expres-
sum: Cum tunicam tenebis manu priùs
quām induaris, ex osculare lætus, te et-
iamnum dignum esse, qui vestiaris insi-
gnibus Christi. Atque hunc amorem
erga Societatem, eiusque vestem, ad ultimum
vsque spiritum vitae conseruauit,
peti-

petitâ etiam in eâ veste moriendi facultate: Excellens hæc de Societate opinio, ardénsque in eam affectus, non solum illi conciliabant summam in ea viuendi quietem, atque oblationem, & suauissimam sæpe teneritatem, quam semel, iterumque Cepario significavit, ac primùm quidem mense Decembri his eum verbis compellauit: Contempsimus viuo in vocatione meâ, & magnam sæpè sensi animi teneritudinem erga Societatem. Iterum mense Junio Anni M. D C. XXI. primo ferè bimestri, antè quam è viuis abiret: Viuo, inquietabat, maximè contentus; Numquam, laus Deo, tentatus fui, & hoc semestri talem affectum sensi erga Societatem, qualem nunquam antea. Ita ero Zelosus honoris Societatis Iesu, sicut ambitious verus honoris proprij.

Porrò qui tantæ fuit Charitatis erga Matrem spiritalem, patris, matrisque eiusdem Charitatem erga parentes carnalis.

corporalis non est oblitus. Certe cum
ægra mater eius Gertrudis annorum alias
quot in ualeutudine teneretur, Berchman-
nus eam verbis adeo concinmis; tam ap-
positis, tantoque affectu plenis consola-
ri instituit, ut attonitas haberet circum-
stantium aures.

Verum enim ille; qui sic sodales
suos in Christo fratres, reliquosque &
quibus accepisse beneficia agnouerat &
dilexit, nunquid etiam eos, à quibus ac-
ceperat iniurias, opprobria, conuictia, se-
cundum supremi diuinissimique Dicta-
toris leges amauit? Amauit sane, & qui-
dem etiam dum puer, & quidem pueros
in se iniurios. Vnicum libare iuuerit exa-
emplum. Puet quidam extitit præter
cæteros ad petulantiam educatus, qui
conuictijs eum saepius, iniuriisque fige-
bat. Sed Berchmannus postquam iniu-
rias omnes summâ cum animi demissio-
ne tolerantiaque tulisset, nulla vñquant
responsonē pueri procaciam fregit, nul-
la

Et in dñe Charitas erga iniurias

las vñquam apud alios querelas depo-
suit; dicere itendidem sibi solitus: Ma-
trem te præbe erga alios, erga te ipsum
iudicem. Et. Obliuiscaris iniuriarū, quæ
tibi proximus fecit; Sic enim sanctus
Dorotheus docet.

Cepar. in mor. dec. 5. 40. Id. p. 260.

Denique qui sua charitate comple-
xus est in se iniurios, viuēnsque omnes
vnuos, eādem quōque defunctos pro-
curus est. Hinc (ut hæc eius charitas a-
liquo liqueat exemplo) cum quidam
è tironibus sub noctem abijsset è viuis
Berchmannus sibi visus parum pro de-
functo orasse, potestatem fieri sibi pe-
tit plura pro eo Rosaria persoluendi
postquam reliqui ad dormiendum es-
sent profecti, &c.

Berchmanni Charitas erga defunctos.

Cepar. pag. 35.

§. X V I I.

*B. V. & Berchmanni Charitas
erga Deum.*

*Amauit flagrantissimè Dei Matt.
pro*

proximum (ut dictum) sed ardenter Deum. Anima MARIAE, inquit S. Bonaventura, Deum decentissime magnificavit, & in Deo firmissime exultauit, quia Deum excellentissime amatuit. Sagitta erat, inquit S. Bernardus, amor Christi in corde B. Virginis, quæ non modo eorum eius confixerat, sed vndeque transverberauerat, sic ut in toto illo virginico pectore nihil amore diuino vacuum remanserit. Itaque sapientius ei, Solomoniae sponsæ verbis uti licuit: Dilectus meus mihi, & ego illi, id est, ille (Deus) diligit, tuncque meis commandis proculandis studet, & quamvis omnes diligat, quas condidit res creatas, tantam tamen aduersus me charitatem demonstrat, ac si curam illarum omnium dimisisset. Cæterum ego vicissim diligo eum, omnisque amore illius ardeo, immo charitatis illius vi suspensa raptaque anima mea, diu, noctuque omnia desideria, cogitatus, actus, curasque omnes

X

iij.

S. Bonav. in sp. B. Virg. c. 4.

in illo solo diligendo consumit. Adeoq;
haud immerito illa mihi usurpare ver-
ba licet : Ego Mater pulchræ dilectionis &c. Hic Dei amor in B. Virgine,
præsentia Dei lætabatur, absentia tristabatur, ut cum digressa templo Deipara
Christum amisit, & in templo reperit.
Atq; in hac charitatis perfectione mati-
suæ, matri pulchræ dilectionis quam
simillimus esse Berchmannus eiusdem
filius discipiit, quia Deum flagrantissimè amauit.

*Primum diuinae Charitatis
indicium.*

Amans amati gauisus est Dei sui praes-
entia Berchmannus. Hinc ille nusquam,
quam in foro rario, nusquam (veluti
alter Samuel) frequentior ac in tem-
plo, ubi se singulariter habitaturum
Deus olim Salomoni promisit in haec
verba : Oculi mei erunt aperti, & au-
res meæ erectæ ad orationem eius, qui
in loco isto orauerit. Elegi enim &
san-

Lib. 2. Parn. 6. 7. 6. 10.

sanctificaui locum istum; vt sit nomen
meum ibi vsque in sempiternum, &
permaneant oculi mei, & cor meum
ibi cunctis diebus. Atque hac Dei præ-
sencia Berchmannus adeo gauisus est,
vt nihil nisi eo consulto aggressus sit.
Quam diu enim præfecturam illam
Vicariam Nouitorum Societatis I E S V
gessit, affirmavit se nunquam Nouitiij
cuiusquam erratum ad superiorem de-
tulisse, quam cum Deo rei omnem
coram SS. Sacramento pertractasset,
cum vt pacem nullius, temere quid
deferendo turbaret, tum etiam ne arbitrio
affectione suo transuersus agere-
tur.

Quando festis vacuisque diebus iu-
bebatur excitandi corporis causâ ambula-
lare, vnum semper, alterumque templū
destinatò visebat, inque his ante omnia
Augustissimam Eucharistiam tanto addi-
rabat affectu, animique ardore, vt sur-
gentem subinde abeuntemque socium,

ne aduerteret quidem, donec ab ædis li-
mine redux eum sui admoneret; Ita sa-
pius à sensibus abductum pendentemq;
ex Deo, ut nec videret, neque audiret
omnino, dum proprio appellatus nomi-
ne, ad societatem corporis animus quasi
foras peregrinatus, reuenteretur.

*Secundum diuinæ Charitatis
indictum.*

Idem diuinæ Charitatis ardor Berth-
manno fuit auctor, ut non tantum mo-
do D E I præsentia in templo lætarentur,
sanctissimamque Eucharistiam supplex,
ut diximus veneraretur, sed ut hac fie-
quenter, reverenter, diligenter vescere-
tur, ut sic eius præsentia intimè fruere-
tur. Incredibili itaque diligentia ac
uerentia ad S. Synaxin sese comparabat.
Rogatus à sodali suo, cur nolleb^{et} illo va-
cationum die, quamvis solenni, ac Reli-
giose synaxin instituere, quia, inquit,
eum ambulandum mihi, aut in vineam
eundum est, non ea possum animi que-
re ac religione frui, quā par est tan-

Maior.

Maiestati. Quare nec rogatus prodibat,
cum ijs sibi sacris defungendum erat.
Dicebat quoties Angelico illo cibo refi-
ceretur, experiri se novum quoddam
spiritus stabilimentum; Cum vero per
hebdomadam abstinuisse, affici qua-
dam fame, quam solo hoc epulo exple-
re posset. Magno sanè suauissimæ huius
escæ tenebatur desiderio; ac quoniam
scholasticis Societatis IESV eâ vesci non
licet, nisi Dominicis, festisque diebus,
ipse quoties præterea dies incidisset in-
signi aliqua religione eximus, si domi-
nimirum esset, eius sumendæ copiam
imperabat. Ergo Frascatæ siue Tusculi
ferijs maiorum vacationum semel per
hebdomadam, solito amplius ad altaris
mysteria accedebat, otio sibi ante meri-
diem indicto. Si forte festi alicuius an-
nuersarius dies in Dominicum incidis-
set, tum scilicet dolentis in morem:
Hac, inquietabat, hebdomade conuiuij v-
nius tanti iacturam facimus. O quot
excitatis sanctioribus cogitationibus,

quot fidei, charitatis, aliarumq; virtutum
repetitis actibus ad cælestem mensam
accessit? O quam suauibus est inundat
tus delitijs, quoties diuino sese manu
refecit! ô quam dulces ac teneros cum
suo Deo sermunculos seuit! subinde p
ræxupit in hasce voces: O Domine, præ
cōmunionē, quid mihi dulce & iucundū
sit, cū tu per eam clarificari deuotissime
rogaueris? Annuntiabo te fratribus meis
bono, & sancto cōuersationis exemplo,
& de omnibus bene sentiā. Et: Domine
sū palmes aridus in Societate tuā, sed se
cundū misericordiā tuā influat me suc
cus gratiæ tuæ. Et: IESVS, Mundus, Dia
bolus, & Caro mea querunt me, & ne
mo, nisi velim inueniet me. Si caro, dia
bolus, mundus inueniant me, ut leones
rugientes deuorabunt me. Solus IESVS
Saluabit, & ditabit inuentū me. Volo IES
VS bone, volo ut inuenias, & possideas
me. Nam si tu inuenis me, inueni ego te,
& sufficit mihi. Et: ô bone IESV, quis de
flectat à via, ubi tu es via? Quis erret à
via, ubi tu es lux & dux in via? Ter-

Tertium diuinæ Charitatis indicium.

Haud dubium singularis in Deum charitatis indicium est, cum quis amore Dei parentes abdicat, deserit, ac relinquit. Nam Veritas dixit: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Ita fecit B. Virgo Dei-parens, quæ amore Dei parentum amorem vicit, illisque relictis ad Herosolymitanum templum in religiosum Deo dicatarum Virginū Parthenonem concessit, quò Devum scilicet ardentius, & perfectius amaret. Imitatus est matrem Virginem in hoc diuinæ charitatis genere, filius eius Berchmannus, qui iuenculus etiam dum concepto proposito, Deoque facta sui in Societate Iesu consecrandi oblatione, meriti maioris ac firmitatis ergo propositum hoc suū voto sanxit. Itaque cum iam septimum decimum ætatis annum attigisset, seu ut quam primum Deo sese consecraret, seu ne parentes frustra quidquam de se statuerent, decreuit suam illis voluntatem.

tem literis indicare, simûlque significare, facto abs se voto id propositum esse sanctum. Acerbus Patri, matrique addit tam insperatus nuntius, cum, quod, ut prosperrimum nuptiarū suarum regum amarent ynicè, tum quod spes omnes suas, hac orbati, prole, collabi augarentur, in cuius felicissimis auspiciis vniuersa domus suæ procumbentis incrementa collocassent. Adornati suete à parentibus Patres Capucini, qui eum interrogarent, missusq; ad eos Berchmannus haud grauatè iuit, atque ad obiectas sibi in audiendarum Confessionū mōnere, alijsque id genus officijs difficultates adeò appositi respondit, ut & ipsi acquiescerent, & Berchmanno sua constantia gratularentur. Religiosus quidam matris fortè obsequentiâ ductus, ut Berchmanni constantiam à proposito flecteret, saepius etiam domum eius veniebat. Ae principio quidem Berchmannus ferebat omnia, hominēmque etiam obseruabat; at tandem sermones eius

non ferens, sumpro etiam maiore spiritu, apprehensum protrahit ad limen domus, &c., en Pater, inquit, si aliud nihil vis, en ianuam, abi, qua venisti. Quibus ille verbis pudefactus, deinceps eius tendandi fiduciam dimisit. Denique superatis pertinaci ferè perseverantiā difficutatibus omnibus, parentibusq; quantum ratione fieri potuit, pacatis, Cal. Octob. Annò Christiano M. D C. X V I. annos natus septemdecim, & medium, Societatem Iesu ingressus est. Vbi se mundo expeditum, Deique seruis vidi adnumeratum, tantâ fuit interius dulcedine perfusus, ut totâ eâ horâ ob tenerimum animi sensum lacrymis continenter indulgere cogeretur. Itaque qui sic parentes amore Dei abdicauit, nonne Deum singulariter amauit? Amauit profectò, dignusque ideo, quem mundus non tantummodo admiretur, sed etiam imitetur.

Quartum diuinae Charitatis
indicium.

Exactissima diuinorum mandatorum custodia certissima est insignitissima in D E V M charitatis tessera. Nam qui vè D E V M diligit, eius mandata custodit, iste vel ipsissima Veritate, cuius hoc est oraculum: Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Itaque quo quisque ardenterius D E V M diligit, eo perfectius D E I mandata custodit. Ergo cum D E I mater D E V M, filium nempe suum flagrantissimè amarit, consequens est, ut & eius mandata diligentissimè obseruauerit. In hoc etiam genere charitatis, Berchmannus, vrpore filius Virgini Matri non degener esse contendit. Nam ad extremum usque vitæ diem seruavit intactam, puramq; omni mortali flagitio prætextam innocentia in baptismo acceptæ; Præterquam quod Confessionem eius arbitri assuerent ipse quoque testatum schedio scripto fin reliquit, in quod breuiter gratitudinis p

ergò

ergò collata sibi à Deo beneficia his
verbis coniecit. Fecit Christianum, so-
cium IESV, amicum, sponsum, conser-
uavit sine peccato mortali. Atque hæc
causa fuit cur initio sui in societatem
IESV ingressus, dum spiritualibus pri-
mùm exercitationibus coleretur, medi-
rando de peccatis proprijs (quorum re-
putatione aliorum obdurata pectora in
pœnitentiam ac dolorem ac planetum,
pudorēmque molliri solent) ipse se ari-
dum siccumque, & omnis expertem mo-
tionis sentiret; quod alias quóque sem-
per, quoties de peccatis meditando co-
gitaret, euenisce sibi scriptum in hæc
verba reliquit: In exercitio de peccatis
in sæculo totus sui siceus, & aridus & si-
ne vlla commotione. Et dum iterum
Romæ eadem exercitia obijsset, ita scri-
bit: Successit sine vlla prorsus commo-
tione. Cum denique tertium, ac postre-
mum sese ijs imbuiisset: Successit, ait,
sine vlo affectu, & in primo, & secundo
puncto magnam passus sum desolatio-

ergò
nem.

nem; Nempe quòd nihil admodum
periret, cuius, uti diximus, admissi par-
teret, culpámque deplorare posset. Sing-
licem profectò Berchmannum, dilige-
tem planè diuinorum mandatorum
stodem, qui diuino fauore gratiáque
xus, didicerit virtutum ædificium, firm-
innocentiæ in baptismo datæ funda-
mento imponere, idémq; mox per eos
qui deinde visi sunt gradus, in tantam
extruere alitudinem perfectionis!

Néque diuinorum tantummodo legum,
quas decalogum appellamus, le-
regularū quóque Ordinis sui obserua-
tissimus, iuxtáque amantissimus fu-
Quare quàm sancto has leges Ordini
affectu, tanquam veræ sanctitatis, perfe-
ctionisque normam diuinitus sibi d-
cam complectetur, vel eò cognoscere
potest, quòd omni vesperâ, cum de-
mitum se conferret (rem nouam,

Cepar. pag. 70. & seqq.

Berchmannus legum Regularumque
sui Ordinis amantissimus & ob-
seruantissimus.

nihi quidem inauditam) Berchmannus omnino religiosus librum Regularum singulari quodam pietatis sensu subiijceret capiti suo, ac tum quietiori animo arctiorem somnum sibi capere videtur; moribundus vero eundem librum adferri iussum, manibus tenere vellet. Tantus amor ei fuit erga Societatis Iesu regulas. Vnde & dicere sibimet solitabat. Non curabo aliorum dicta, circa obseruationem Regularum. Et: Discrumpar potius, quam vel minimam ordinationem, aut Regulam voluntarie transgrediar; potius amittere omnem sanitatem, quam ob illam, ullam regulam prætergredi; potius mori, quam pro sanitate ullam regulam violare.

Festo S. Ignatij Societatis Iesu fundatoris die, cum sacris Missarum solennijs interfuisset, quæ in æde Iesu fuerant augustiore ritu peracta, reuertente ad Collegium comes per viam percontatus est, quam præcipue gratiam à S. Patre flagitasset: Oraui, inquit, in Socie-

Cepar. pag. 70. § 71. tate

tate mori, nullâ vnquam Regulâ violâ. Atque harum regularum, quô sa-
pius meminisset, præstò ei ante oculos
perpetuò erat regularum liber; quem
non eò tantum sibi iugiter ob oculos
ponebat, vt esset Regularum memor,
sed etiam factor & obseruans. Hinc
cum quidam qui eodem cum Berch-
manno cubiculo vtebatur, aliquando ei
indicasset, in animo sibi esse, peterè à su-
perioribus, rei nescio cuius veritatem facul-
tatem; dissuasit Berchmannus. Et: Ego
inquit, non peterem, cum quia non esse
necessaria videatur, tum quod adduci
non possim, vt rem ullam aut lege, aut
iussu interdictam efflagitem. Addebatq;
semel atque iterum non leui fuisse reli-
gione commotum, quod obseruantia
Magistri sui potestatem impetrasset, se-
sto aliquo die manendi domi, nec audi-
endi lectionem, quæ in æde IESV habe-
batur; adductus hoc argumento, quod
regula iubeat frequentari Concionem,
aut lectionem, quæ habebatur in tem-

plo nostro; templum autem IESV, com-
muni loquendi vsu, non accipi pro tem-
plo Collegij, cum aliud proprium Col-
legio templum sit, atque etiam (licet
synaxis sacra diebus festis hic obeatur,
ibi verò concio conuocetur) nihilomi-
nus in Collegio examen conscientiae si-
gno consueto indicetur, quod moribus
Societatis IESV non permitteretur. Con-
tra tamen videri, aedem illam instar
templi Collegij censeri, quando in eo
sonitum est ad audiendam Concionem,
aut lectionem. Sed, ego, inquit, edocri-
me certius curabo, ac si quidem lege te-
neri comperero, nunquam in posterum
licentiam petiturus sum. Quo clarè ex-
stimari possit, quam ille mordicus Re-
gularum obseruationi inhæreret. Nam
& inter ea, quæ sibi tanquam principia
quædam statuerat, hæc quoque senten-
tia comperitur. Odisse ut pestem dispen-
sationem in regulis. Néque sanè dein-
ceps priuilegio vlo generali, huius, il-
liusue rei pro arbitrio gerendæ, aut o-

mit.

mittendæ eximus haberi voluit (ad imitationem B. Virginis, quæ se nec emit à lege Purificationis &c.) quod sentiret scilicet minore periculo, aut maiore merito, quotiescumque res ferret, facultatem submissè, indifferentè, à supériore flagitari: Non facile petam, inquit, facultatem pro aliqua re.

Amantis est proprium, nulla prorsus re, quamvis leuissimâ amatum offendere: Sic amavit B. Virgo Deipara DEV M, quem nūnquam personaliter, actualiter, venialiter offendit. Atque hanc Marianæ charitatis methodum imitari quōq; studuit Berchmannus, dum se vel à minimis etiam erratis diligenter abstinuit. Commisit ille quidem culpas dum viteret, sed eas tamen, quas dum vitiunt sanctissimi quique contrahere consueuerunt corporis huius sarcina onerari, pronique in malum. Et sanè qui dissentiret, censereturque contrarium, in errore versaretur, cum & Berchmannus se accusaret, fatereturque peccare in multis;

sed

sed leues adeo erant, quæ in eo residea-
bant culpæ, vt oculos nostros effuge-
rent, nec deprehendi omnino possent,
nisi cælestis illius luminis fulgore, quo
mens eius affatim erat illustrata. Illa
quippe accurata diligentia, quâ præten-
tissimum animum, cuicunque à se susce-
ptæ actiunculæ afferebat, ab solutum
cum adeo perfectumque oculis nostris
reddebat, vt qui minimum in moribus
eius notarit peccatum, aut leuem in a-
ctionibus eius imperfectionem depre-
henderit, repertus adhuc sit nemo. Quæ
res adeo magna est, vt propria magis sit
beatissimis mentibus, ad cælestem portum
appulsi, quam miseris hisce exilibus,
qui in virtæ mortalis fluctibus iactantur.
debita magis felicitati Angelicæ, quam
mortali imbecillitati.

Vixit Berchmannus in Societate Iesu
ferè quinquennium, in qua Societas
(quæ Dei gratia est) floret, vt videmus.
primus ille disciplinæ incorruptæ vigor.
Viuitque recens quædam ac viridis ob-

Seruatio legum. Philosophiæ studijs in-
cubuit in Collegio Romano, in quo &
iuuentus frequentissima, & tot superio-
rū attentissimi oculi, qui perpetuo ex-
babant, nū ab omnibus leges mandataq;
obseruentur. Maxima autē sollicitudine
minimi etiam næui, & leuissima que-
errata adnotantur, in iuuenibus præ-
puè, quibus acrius inuigilatur, ut cōstan-
tes adsuescant. Nemo tamen aut supe-
rior, aut subditus, aut sacerdos, aut adu-
tor, aut Magister, aut scholarū alumnus,
aut cubiculi contubernalis, aut studiorū
Collega aut alias quispiā eorū omniū,
qui in Collegio degebant, eumq; & vi-
debant, & familiariter vrebantur, in eo
vnquam potuere deprehendere vel mi-
nimā imperfectionē, aut culpā quantū-
uis leuē, aut etiam imperū aliquē affect
alicuius præcurrentis (motus primos ap-
pellant) vel audire aliquod eius verbulū
superuacaneū, aut minus præcogitatū.
Nemo vnquam vidit oculos attollentem
liberius, gestus agentē immodestius, ri-

sus edentē solutiūs. Nemo in statu corporis, in motu membrorū, in cura vestimentorū vidit incompositū. Nemo violentem silendi leges, dum silendum fuit. Nemo, dum per leges Latinē loquendū erat, utentem Italico sermone audiuit. Nemo vel temporis momentum inutiliter consumenterem, vel otio transigentē obseruauit. Nemo notauit eum aut per respectum hominum, aut per occasionem, aut easum, limites vel minimæ legis fuisse transgressum. Ad summam nemo vñquam vlliū generis erratum ab eo admissum aduertit. Quæ res quām facile narrantur, tam difficile perficiuntur nisi ab eo, quem benignus DEI oculus perpetuā vigilantiā tueatur, & singulari ope auxiliisque extraordinarijs diuinæ suæ gratiæ iuuet.

Sed enim quomodo Berchmannus ad tam sublimem Charitatis apicem ascendit, ut D E V M peccato vel leuissimo offendere veritus sit? Primū stabili fundamento integritatis in baptismo,

acceptæ (cuius ille gratiam nunquam
vti dictum est, effudit) adiunxit constans
decietum, nunquam, quod sciens vo-
lensq; ficeret, admittendi vel minimum
venialis peccati noxam, aut ullius gen-
ris leuissimam labeculam, aut violanda
per quamcunque occasionem ullius, er-
iam minimæ legis, aut mandati superio-
rum. Hinc illa suprema fuere ferè mo-
rientis verba: Non faciam. Ego ut of-
fendam te Domine? MARIA, ego nun-
quam offendam filium tuum. Absit à
me, non faciam. Malo millies mori, de-
cies millies, centies millies, millies,
millies.

Cepar. pag. 64. Eccl. Ep 197.

Huius firmissimi decreti cum in ser-
mone meminit saepius, tum etiam scri-
pro frequenter his verbis fecit mentio-
nem: Mori potius millies, quam vel le-
uissimo peccato me obstringere. Sum-
mâ diligentia ab omni veniali noxa ab-
stinebo. Quanta potero animi conten-
tione evitabo perpetuo quemcunque
vel

vel parvum defectum. Mori potius
quām vel vnicam violare regulam.
Prius valetudinem, quām vel vnicam
Ordinis nostri legem pessundare Atque
hæc ab eo retenta fuisse constantissimè,
quo ad interiora quidem, constat affir-
matione eorū, qui audiendis eius Con-
fessionibus, curandoque animo operam
dedere. Quo ad externa autem indicio
Patris illius, qui Collegij Romani res
domesticas administrabat, ad quem pro
muneris parte domesticorum erratorū
spectat cognitio ac censura, qui hæc de
eo testata reliquit : nunquam notaui,
aut accepi ullam ab eo Religionis regu-
lam fuisse violatam, nēque unquam in
ullo eius opere labeculam obseruauit;
quin contra eius facta omnia sanctimo-
niam, religionēmque redolebant; quod
ipsum complures affirmauere iurati.

Quidam vero è Patribus vir grauita-
te, doctrināque insignis, tantæ in Berch-
manno perfectionis admirator, dedita
operâ aliquando obseruare acutissimè

Cepar. pag. 71. Y 3 coe-

cæpit, num defectus alicuius compertus,
quo à summâ illâ perfectione aut inter-
loquendū, aut agendum, disputandū
recessisset (quibus scilicet in rebus, nî
quis ad amissim perfectus sit, proclivi-
simus est lapsus) nunquam tamen in eo
vel erratum leuissimum ne aduersus Eu-
trapeliam quidem, obseruare potuit.

Enimuero si vigilans Berchmannus
fuerit in abstinentia se ab omni peccato,
quamuis leuissimo; at longe certè dili-
gentissimus, circumspectissimusque fuit
in custodiendo aduersus umbras etiam
earum labecularum, quæ vel remorè ca-
stimoniam obscurare possent: scriptum
que reliquit, perpetuis se execrationi-
bus abominaturum vel minimas noxas,
quæ honestatis virtuti, castioniæque
aduersarentur, ut sunt ciborum lautio-
rum apperentia, ingluuiæ, oculorum,
quæ domi, quæ foris incauta licentia,
similiaque libidinis irritamenta.

Berchmanni in tuenda castitate.

Vigilantia.

Reue-

Reuerā enim (vti dicebat) qui impurus fit, peior dēmonibus omnibus efficitur. Sic habent eius verba : In æternum etiam leuissimas imperfectiones contra castitatem tendentes, vt propensionem in cibos, incuriam in oculis tam domi, quām foris custodiendis, detestabor, & execrabor, quia reuerā qui fit impurus, nequior fit omnibus diabolis. Ad hanc puritatem tuendam magnæ illi semper cum intemperantiâ inimicitiae intercessere; adeoque eam Castitatis hostem, & earum, quibus condiri oratio solet, delitiarum corruptionem appellabat, dicere consuetus, nulla re aliâ (secundum impudicitiam) offendit à Religiosis sœculares magis, quām si eos in ingluviē videant projectores, audiāntq; de cibo, & potu sœpius loquentes. Ipse fane modestè admodum vescebatur, sed abstinentiæ ferè immodicæ; vt vix parbili victu ad explenda naturæ desideria defungeretur. Nullo vñquā quāuis specioso sanctitatis titulo adduci potuit, vt

præter vulgare obsonium quicquam in
cibum adhiberet, dicebatque se sperare
Dominus cordi fore, ut communia non no-
cerent, quando ijs viceretur, ne discede-
ret à communi usu.

Iam oculos ita in officio tenebat at
tale cū ijs pepigerat fædus, ut nunquam
eos terrâ attolleret, nisi ratione aut ne-
cessitate cogeretur. Eā re nunquam (ni-
si in principio ad internoscendum) eos
aspiciebat, quibuscum loquebatur. A
natura comparatum est subitis, nouisq;
in casibus eō oculos conuerti, vnde stre-
pitus exauditur; at Berchmannus nemum
quidem commouebat sese. Atque hinc
præclara quædam illi tiascebantur orna-
menta, in primis ille morum tenor, ex-
pers mutationis, nullo vñquam ullius
motionis, turbationis, affectionisq; con-
citatæ signo interruptus, & iugis illa af-
fluentia nunquam satis laudatæ lætitiae
spiritualis, quam tanti semper fecere viri
sancti, commendaruntque perfectioris

Berchmanni in continendis

vita
oculis cura. Cepar. pag. 92.

vitæ Magistri, ut pote quæ arguat excellentem animi puritatem; fastidium quoddam ac nauseam rerum caducarū; vacuitatem appetitum, gratiæ diuinæ, ac rationis in omnes affectus, motusque animi perfectum dominatum.

Interrogatus quandóque ab eiusdem secum cubiculi contubernali, percepissetne aliquando vel sensum leuissimum nascentis in se tristitiae, seu melancholia; Ego, respondit, quid rei melancholia sit, aut melancholicum esse, quid sit, noscio. Nempe haud meminerat, se unquam, quid id esset, fuisse expertum. Et audita semel Rectoris domestica adhortatione, docentis quantum religioso homini noceret tristitia, ut quæ mater esset, ac nutrix tentationum omnium; ipse in colloquio sepius ea damna cum execratione celebrabat, subiiciebatque se vsu quidem id non didicisse, sed auctoritate Rectoris ita affirmantis; Cætera per Dei gratiam nunquam expertū.

Y,

Et

Berehmannus omnis tristitia expers.

Et sanè felix ille Berchmanni animus
haud obscurè indicabat se mortali hac
in vita gustum quendam præcipere æ
ternæ felicitatis, ac pignore illo secu
turæ gloriæ potiri, ad quam tantis amo
ris significationibus à Deo esset desti
natus.

Res altera, quæ magno ei adiumento
fuit, erat certa ac constans viuendi ratio,
quam semper laudatissimam tenuit.
Solebat semestribus singulis (per id
eriduum, quo Societatis homines ne
gotijs ferè omnibus sibi interdicunt ad
instauranda melius, renouandaque re
ligionis vota) distribuere temporum,
dierum, horarum etiam interualla, qui
bus ad res quásque erat opus. Arque
hanc partitionem in proximæ renoua
tionis tempus obseruabat constanter:
ac cum si usus esset ob diuersitatem vel
habitationis, vel occupationum, eam
commutabat. Quoniam verò interiu
spatia quædam temporis incidunt, aut

ab-

Berchmanni constans viuendi ratio.

abrupta, aut breuia, quæ facile incu-
rioso alicui elabuntur, ille, qui tem-
poris scilicet erat audiissimus, peculiares
quasdam actiones affixerat eorum sin-
gulis pro cuiusque duratione, prorsus
ut ne momenti quidem ficeret iactu-
ram.

Berchmanni parsimonia in tempo-
re, quam fructuosissime collocando.

Néque ea temporis parsimonia con-
tentus, insuper præmeditata habebat
quæcunque ei incumbebat agenda, quâ
nempe ratione, ea quam optimè ficeret.
Exempli gratia quemadmodum somnū
repeterer; quomodo, aut in lectulo se
collocarer, aut ex eo surgeret; quo se
studio ad orandum, & ad commentan-
dum præpararet; qua religione sacris
interesset, aut ad sacra obeunda myste-
ria se compararet; quâ curâ in conscien-
tiam quæreret; quâ denique sollicitudi-
ne rem quamlibet aliam (quam quidem
certum sciret à se esse procurandam) ad-

ministraret; adeoque designauerat scrip-
to, quo potissimum finē, quo tempore,
quibus adiunctis ea res agenda esset, ut
quando constitutum rei suscipienda
tempus aduenisset, eam rem præstare,
tanquam præcogitatam, omni cum per-
fectione.

Ad hæc per summam illam vigilan-
tiā sublimius denique enī studuit, ut
non solum eas res, quas indubie, certō
que administrare deberet, verūn etiam
incerta, extraordinariaque negotia, ad
ordinem ac tempus suum reuocaret; ne
improuisis ynquam rebus prius oppri-
meretur, quam ad eas ipse prudens pa-
ratūsque accessisset. Extat exemplum
literis ab eo mandatum in hæc verba:
Si hoc, illudue euenerit, tum hoc, illud-
ue faciam; si hac, illaue de re interroga-
eus fuero, illâ, istaue ratione responde-
bo. Ea re semper loquebarur, agebat
que præcogitato, vitabatque omnem
culpam. Rogatus igitur à commilitone,

*Eiusdem prudentia in
rerum futurarum prouisione.*

equid faceret, quo nunquam verbis peccaret: Nunquam aiebat, nisi præfini-
tò verbū facio, ac Deo prius commen-
datum, ne quid illi ingratum proferam.

Tertium, quo plurimum proficiebat,
& obuias noxas effugiebat, fuit linguae
custodia, cuius ferè virtus homines pro-
labuntur, ut perfectus merito æstime-
tur, qui sermone non peccat. Berch-
mannus igitur nihilo in vita constan-
tior, quam verbis cauтор, tam erat in
loquendo circumspectus, ut nullum un-
quam eius ab ore verbum sit exceptum,
quod non aut necessariò, aut utiliter,
aut honestè fuit pronunciatum. Atque
ut diuersa sunt Societatis Iesu, quæ ser-
monem spectant, præcepta, Berchman-
nus nullo prætermisso seruauit vniuersa.

Berchmanni custodia linguae.

Quartum præsidium, quo ab omni
noxia se longissimè remouebat fuit per-
petuus usus cognitionis exercendæ in
conscientiam suam; res adeo à S. Ignat-
io laudata, necessariaque omnibus per-

Conscientia examen. Y 7 fe.

perfectionis religiosę studiosis. Examem, quod IESV Societas generale vocat, bis ille per diem, manè iterumque vespere, vna cum cæteris Societatis alumnis, horis constitutis habebat.

Alterum præterea, quod Societas Particulare nominat, instituebat quotidie tempore statu, nisi tamen pro locorum rerumque gerendarum diuersitate, mutaret pro Societatis more. Atq; ille uno sere ante obitū mense, dicere auditus est, nunquam vel vnum aliquod horumque examinū vlo abs. sed die fuisse suo tempore intermissum; quodque nec prelio, nec gratiā, vel examen vel orationem, vel apertam illam simplicitatem in degendo se superioribus intermittere vellet. Quin & illud iam secum decreuerat, ne cum quidem aliquid horum prætermittere, cum vel æger lectulo attineretur, assuerabatque his præsidijs ad egregiam puritatem perfectionemq; posse perueniri.

Reuertens aliquando ē Patrum Professo-

fessorum domo, quo se ad audiendam
Præpositi Generalis adhortationem,
contulerat, socium ita temporis admo-
nebat: Commodū per viam, conscien-
tiam nostram ad calculos vocabimus;
nam in Collegio iam signum examini
faciendo datum erit. Idem alteri cui-
dam repetit, dum fortè dominico die è
SS. Triados ad pontem Sixti rediret,
quo ad subseruendum communioni
generali fuerat ablegatus.

Quodam Vacationis hebdomadariæ
die proximè prandij horam, in vinea
obambulans cum aliquot sodalium:
Mi frater, inquit, hoc tempore soleo
breuiter rationem conscientiæ à me
exigere. Et cum dicto discedens, quod
dixerat, facere instituit. Eaque libertate
per nullum humanitatis respectum, id
genus leges obseruabat.

De examine Particulari ita sentiebat,
ut dicere soleret; nullum eo constanter
adhibito, præstantius, præsentiusue esse

Berchmanni sententia reme-
de examine particulari.

remedium, aut vitijs exscindendis, aut
virtutibus inserendis: Ipséque ad ritè id
obeundum duabus se rebus excitabat,
in primis exemplo S. Ignatij, Luteriæ li-
teris operam nauantis, qui summâ id cu-
râ inter studendum exercebat. Deinde
etiam cogitando, quanti id examen se-
cissent semper primi Societatis Iesu Pa-
tres. Ipse autem ad amissim præcepta
regulâsque omnes, quæ huic examini
faciendo S. Ignatius in libello Exercitio-
rum suorum præscripsit, sequebatur. Si
verò aut per causam, aut obliuionem,
vnum aliquod eorum neglexisset; præ-
terquam quòd certâ se ipse pœna mul-
ctaret; vltro etiam apud superiorem,
aut Præfectum conscientiæ accusabat.
Quam rem ut cautor in posterum red-
deretur, pro freno, & calcari sibi esse af-
serebat. Præterea, eo ipso die, quo ex-
amen istud cæperat adhibere, vitio alicui;
aut prauæ propensioni exscindendæ, ex-
empli gratia, elationi animi, simul actus
duos virtutis contrariæ, nimirum de-
missio-

missionis, manè vnum, de prandio alterum incipiebat exercere, die sequenti binos item amplius eiusdem virtutis actus; die tertio geminos item alios adiungebat; qui numerus adeo ex crescerebat, ut in decades multas perueniret. Planè ut mirū sit mentem tot alijs rebus fatigatā non grauius ab eo læsam fuisse.

Eadem verò ratione virtutum actus multiplicabat, quoties virtuti alicui adipiscendæ per id examen incumbebat. Quamuis autem res ipse suas acriter admodum, minutatimque excuteret, mentis nimirū puræ adeo, ac teneræ, ut Praefecti Confessionibus eius audiendis, vix culpæ ullius réum comperirent: Tamen, vt illi affirmant, nunquam molestis ullis scrupulorum religionibus fuit agitatus; ac sodali cuidam suo asseruit, se nunquam anxietatis huiusmodi sensum ullum percepisse. Quod quidem magnum meritò videtur in eo, qui res suas omnes adeo perspiciebat accurate, ut non modo appenderet actiones, & verba

verba, sed & cogitata, & animi quoque
interiores affectus, quemadmodum iis
schedis constat, quæ superioribus ipse,
ad impetrandas obiurgationes publicas
obtrudebat, in quibus tam exiles suos
defectus adnotabat, ut haud obscurè ap-
pareret, quanta cæli luce esset illustra-
tus, quantaque innocentia duceret vi-
tam. Et certè qui hæc audiebant, admi-
ratione, ac pudore sancto afficiebantur
multique (pro ea, quam de eo concepe-
rant sanctitatis opinione) id genus
schedia habuere in honore.

Sed ne quotidianæ hæ exercitationes
hebescerent, excogitauit scilicet religio-
sissimus Iuuenis nouam præterea indu-
striam tuendi, seruandiq; earum sempi-
ternum vigorem. Nimirum dè maiorū
licentiâ diem festum aliquem, aut feria-
rum, crepto ex studijs otio, quot mensi-
bus seponebat, animi sui rebus inspici-
endis. Hoc ille die, neque cubiculo egre-
diebatur, neque cum domesticis agebat
perinde atque receptui cecinisset, & in-

secre-

secretiores sese occupationes abdidisset;
extraque quartetas (quas meditando
consumebat) horas, diei reliquum co-
gnoscendis vitæ suæ moribus impendé-
bat. Diem cum die, hebdomadem cum
hebdomade, mensem cum mense com-
ponebat, in semet descendendo, ut lucris
damniue rationes sibi constarent. Inqui-
rebat an leges Societatis accuratè obser-
uasset; reputabat secum; an ordinem
quem sibi ipse præscriperat, propositá-
que, quæ animo destinauerat, constantex
tenuisset, quemadmodum conscientiæ
quæstiones exercuisset; quomodo oculos,
linguam, reliquosque sensus refre-
nasset. Si autem huius citharæ suæ fidem
remissiorem aduertisset, protinus inten-
debat, ut sua uem faceret diuinis auribus
concentum. Atque hæ ferè artes & in-
dustriæ sunt, quibus Berchmannus ad
vitanda mala, noxásque declinandas
(quæ prima est iustitiæ pars) vrebatur,
suámque in Deum charitatem singula-
rem probare nitiebarur. Nam probatio-

veræ

veræ charitatis, est declinatio cuiuscun
que imperfectionis & iniquitatis.

*Quintum divina Charitatis
indictum.*

Luculentum veræ charitatis est argu-
mentum, si quis amati causa quævis tol-
erare gestiar aduersa. Talia toleran-
tij pro Deo suo B. MARIA; talia etiam
(quamuis imparibus humeris) ferre
studuit filius B. MARIAE Berchman-
nus. Pati aduersa pro Deo, vel à prima
gestij pueritiâ. Hinc puer à scholis do-
mum reuersus, si forte pulsata diutius
ianuâ excluderetur, non ille impati-
tius aliorum puerorum more, strepitum
machinari, sed senili quadam maturita-
te in vicinam ædem, Rosarij persoluendî
causa abire consueuerat. Et quid mi-
rum? Patientiam hanc gnauus doctore
Christo discipulus probè didicerat teste
Cepario, cuius verba sunt; Suopte in-
genio, & non alio, quam doctore Deo
id æcatis puer meditari didicit cruciatu-
seruatoris nostri Christi. Hac patientia
quas.

quasuis vitiosas inclinationes domabat.
Hinc somnolentiam qua vexabatur sub-
inde cum inter audiendum publicas,
domesticasue concionantium adhorta-
tiones, somnum non teneret, commor-
dendis ad sanguinem labiis, brachijsq;
livore compressionum decolorandis ex-
pugnabat: Sic pertinacissimo naturæ vi-
tio superato, vigiliâ se, attentioneque as-
suefecit, eodemque remedio pluribus
eodem malo laborantibus medicinam
fecit. Cep. p. 33.

Chinas adite non semel, sed saepius,
ardenterque optauit, quod non tantum
multa pro Christo pareretur, sed etiam
cum sanguine vitam profunderet. Id-
eoque multus erat in memorandis ho-
minum Societatis Iesu religiosorum
missionibus ad Iaponem & Chinas, ea-
rumque postremam experire ipse se of-
fendebat, ac si quæ inde de religione
noua adferebantur, primus sodalibus
indicare ad eorum consolationem festi-
nabat.

Verum enim verò quamuis Berchmanno defuerit occasio martyrii, habuit tamen & pax eius martyrium suum; quia etsi carnis colla ferro non subjecit, spiritali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidauit. Genus enim martyrij est, spiritu facta carnis mortificare, illo nimis, quo membra cæduntur ferro, horrore quidem militius, sed diuturnitate molestius. Atque hujus amore martyrii incensus Berchmannus non tantum aspera, dura, molestaque corpori non defugit, sed mirabiliter etiam, ignotoque mundi Candidatis & palatinis ambitu appetiuit, & impetravit. Exemplo rem declaramus. Imperaverat officium publicas Collegii Romanorum lucernas concinnandi. Has igitur ille, nullo non die diligenter inspicere, exinanitas oleo ellychnioque instruere, fungos & amurcam extergere, diebus feriatis aut prius mundare, quam ad vi-

neam

*S. Greg. hom. 3. in Euangelio.**S. Bern. serm. 3. in cant. Cap. p. 1451*

neam egredi, aut domum citius ad concinnandas reuerti. Ac veritus ne hoc quisquam munus (quanto quidem in speciem vilius, tanto apud Deum honorificentius) inuidiceret sibi, Rectorem demissè exorauit, eam sibi prouinciam diutius confirmaret, etiam si per hiemem incommodissimè ab eo administraretur, cuius nempe jam manus, digitique nimio frigoris appulu tumetacti atque ambusti miserationem intuentibus commouebant. Et inerat carni tanta molli-tudo, ut non aures modò sed vultus totius cutem Boreales ei auræ adusserint. Quo viso, sacerdos aliquis ratus id voluntaria aliqua Berchmanni asperitate procuratum; nimium, inquit, mi frater in te asper, ac durus es. Cui contrà Berchmannus: Falleris ait, mi Pater; sed ut ita esse faciamus, facti certè me non pudiceret, cum inter Religiosos id genus afflictiones, asperitatésque pudori esse non possint.

Ecce Berchmanni martyrium;

corpus eius non igne, sed frigore adū-
stum. Quid enim (inquit S. Chrysostomus) si non igni comburatur corpus?
sed alio igne potest, ut pote paupertatis,
voluntariæ afflictionis. Cum enim
ceat delitiosè degere, si eligatur laborio-
sa vita, & amara, mortificansque cor-
pus, nonne holocausta est? Quod
enim gladius operatur, hoc hīc animia-
lacritas facit. Certe in Berchmanno se-
cit. Hinc & ter, quorū hebdōmadis in
suum tergus animaduerrebat, aut pluri-
mūm quater, quantum tūc ilicet, & quo-
ties ei maiorūm nutus concedebat. So-
lennioribus præterea festis cilicio cor-
pus exasperabat, sed rarius, cum id ei ob
inualetudinem esset interdictum. Hinc
& frequenti jejunio corpus maciabat,
quo constat, nihil supra pænarum aspe-
ritatūmque modum ab eo fuisse susce-
ptum. Hinc & in obuia quāque re cor-
poris sui vexandi, afflictandique ansas

CON.

Chrysost. hom. II. in cap. 6, ad Hebreos
Cap. p. 147.

conquirebat; sedens flectensque nullo
unquam fulcro nitebatur.

Quod si teste Dalmatarum sanctissi-
mo juxtaque eruditissimo habet & pu-
dicitia seruata martyrium suum, quid
verat, quin & Berchmannus martyr au-
diat? cuius virginalis pudicitia omnes
in stuporem dedit?

*S.Hieronym. Epist. 8. ad Demetriad. de
Virginitate seruanda.*

Quod si denique martyrium est o-
mnium, qui vitam Christiano homine
dignam vivunt, hoc est diuinis manda-
tis obtemperant, & contra quotidias
tentationes & peccata belligerant:
(Nam: quicunque inquit Clemens Ale-
xandrinus, mandata Seruatoris excipi-
untur, in unaquaque actione sunt mar-
tyres, facientes quidem quod vult, con-
sequenter autem nominantes Domi-
num, & reipsa testantes ei cui credunt
esse carnem, cum eam cruci affixerint
cum vitiis & concupiscentiis. Et S. Hie-
ronymus de Epitaphio Paulæ Matris:

S.Hieron. ep. 27.

Z 3

Pars

390 HYPERDVRIA

Pars tua Dominus, & quo magis gaudias, mater tua longo martyrio corona ta est. Non solum enim effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotæ quoque mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Et S. Augustinus in sermonibus de temporibus. Nemo, inquit, dicat, quod temporibus nostris martyrum certamina esse non possint; habet enim & pax nostra Martyres sub. Nam sicut frequenter suggestimus iracundiam mitigare, libidinem fugere, justitiam custodire, auaritiam contemnere, superbiam humiliare, pars magna martyrij est. Consequens est Berchmanno martyrium haud defuisse, adeoque suam Deo charitatem eximie omnino probasse. Nam maiorem hac dilectionem nemo haberet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. At hanc pro amicissimo sibi Deo Berchmannus posuit, dum totam prorsus ei vitam suam consecravit.

Man. 15. q. 13.

Mani

Sextum divina charitatis indicium.

Manifestum veræ sinceræq; erga Deum
charitatis indicium est frequenter ei-
dem libenterque colloqui. Sic amauit
Deum Berchmannus. Hinc præ cæteris
perpetua orandi, jungendique se Deo
consuetudo manabat illi jugiter velut è
suauissima quadam scaturigine amoris.
Hinc & assidua diuinæ præsentia dul-
cedine fruebatur, re nulla prius facta,
quam cum Deo pertractata. Hinc tanta
operum ab eo susceptorum perfectio-
ac splendor, quo oculos in se omnium
conuertebat. Hinc & præ studio oratio-
nis, diuinarumque rerum commenta-
tionibus, ei cuncta, quæ mundus diligit,
ac suspicit, vîlebant. Ideo nunquam ad-
duci potuit, ut hortos, vineasque, quæ
Romæ in admiratione sunt ullasue res
alias nouas inspectum iret; Ne solennes
quidem illas equitationes, quibus ere-
bro Romæ Cardinalium, Principum,
Legatorumque aduentus insigni pompa

Z 4

exci-

Cap.p. 149. Cap.p. 75.

excipiuntur: in quas si forte ex itinere
incidisset præteribat oculis in solum
animo in preces Deumque intentis.
Ideo & Pontificem Maximum recens
creatum, dum ad D. Ioannis in posses-
sionem mittitur, cum Sacerdotes, reli-
quique Societatis I. s v religiosi pre-
domus Professæ janua operirentur, de-
xisque genibus supplicabundi, submis-
sionis ergò, Apostolicam ab eo benedi-
ctionem precarentur; huc una cum
Collegis reliquis Berchmannus missus
erat, præteruehente Gregorio XV. ro-
gatus que à comite cum redirent: Ec-
quid ei arrisisset splendidissima illa equi-
tatus pompa; Evidem, inquit, non vi-
di, quia priores, post quos latui, spectan-
ti mihi offecerunt; reuerà autem specta-
culo illo neglecto dederat se ad oratio-
nem. Nunquam à sodalibus persuaderi
potuit, ut vel ad spectandas ceremonias,
quæ Romæ Pontifici Maximo recens
creato in D. Petri adhibentur, vel ad
spectacula villa videnda prodiret: acqui-
escere

elegeret se dicebat vna visa supplicatio-
ne, qua Pontifex circumtulerat Sanctissi-
mam Eucharistiam. Tanta erat despi-
cientia rerum externarum præ interio-
re dulcedine orationis diuinæque con-
templationis.

Venerat in Romanum Collegium
Cardinalis Sabaudiæ Princeps, utque à
Collegio honorificè acciperetur. Berch-
manno inter adolescentes, qui sua quis-
que lingua erant peroraturi, obuenerat
munus sua quoque Belgarum lingua
dicendi; atque oratiunculâ sua absoluta,
neque confessum illum spectandi, ne-
que alios post se oratores audiendi cupi-
ditate pellectus vel momento restitit,
sed quam mox adito rogatoque Vice-
Ministro, num quid se veller, aut sua in-
purgandis aut eluendis culinæ lancibus
opera opus esset; cum non esse respon-
disset, ille in templum protinus ad oran-
dum se recepit.

Dominicis omnibus, festisque diebus
ad eum se IESV conferebat audiendæ

Z S lectio-

lectioni. Ingressus statim certo se in templi angulo componebat ad orandum, flexis genibus, oculis in terram deiectis, corpore penitus immotu dum vespere finirentur.

Genuensis aliquis domi Nobilis (et re saepius explorata) Iuuenem non sine delectatione obseruauit, & sacerdotem quendam Ignatium Lomellium ciuem suum ita percunetatur: Quâ causa, mi Pater, existimas me huc venisse? Opinor, inquit sacerdos, vesperarum causâ. Quin imò, ait ille, Iuuenis illius videndi eausa, qui omnibus huc Festis ventitat, eoque se loco tener orans, curuatis genibus quietè, modestiâque tanta, ut nec oculos semel attollat. Evidem de eo tam excellentem opinionem habeo, ut credam esse adolescentem sanctum.

Nam cum in sacra æde hos videam audiendæ Musicæ attentos, illos huc illic circumspicientes, alios confabulantes, solus hic Iuuenis orat eâ modestiâ, eoque corporis habitu, ut sanctus mihi

esse videatur. Et meritò hæc ei laus debita ac delata. Nam & ad orandum meditandumque diuina componebat sese oculis leniter clausis, manibus ante petitus adductis, genibus perpetuò flexis, corpore ad stuporem immoto, ore quasi subridente. Et sanè is ardor erat vultus, ut facile cuiuis eum intuenti constaret, quām feruenti Dei amore eius animus deflagraret. Alioqui verò inter orandum, quām poterant proximè illum circumstabant, sperantes se inflammatum iri propinquitare, ardorisque aliquid cum eo partituros. Omnium verò imperfectionum remedium esse affirmabat jugem illam cum Deo consuetudinem, quæ ex orandi frequentia nasceretur; quæ quanta illi cum Deo intercesserit, nullo negotio conjici potest ex ephemerede quadam, quam ipse sibi tirocinii tempore confecit, in quâ totius dicti actus distribuit eo ordine, modoque, ut in negotiis omnibus mentem perperuò in Deo habuisse fixam liquido videatur.

Nun-

*Quæ meditandi orandiq; methodus my
lior Berchmanno visa.*

Nunquam peregrino orandi medi-
tandique genere usus, præscriptam à S.
Ignatio rationem affectu maximo imbi-
bere conabatur, accuratissimus scilicet
moniterum omnium, legum, præ-
ptorumque obseruator, quæ tantus or-
andi Magister suo Exercitorum libello
docet; nec latum ab his unguem digres-
sus; probabatque mirè illam meditandi
rationem Romæ excusam, quâ Romani
Societatis Iesu tirones utuntur, quæ si-
bi utique commodissima proximaque
Ignatianis Exercitiis videbatur, & hac
ille viâ tantam tam insignem orandi,
meditandique præstantiam est assecu-
tus, ut omnibus se diceret mentis euau-
gationibus in orando immunem; ne-
que sentire per id tempus aut aculeatos
pulicu[m] morsus, aut molestiam insiden-
tiu[m] muscarum. Nunquam se prius le-
sto dabat, nisi perfecto prius crastio
meditationis argumento, quæ deinde

prima

prima erat manè euigilantis cogita-
tio.

Dum in communi viueret contuber-
nio, quām primū lectulo eripuerat se-
se, ligneæ crucis icunculæ aduolutus, ca-
lidissimis identidem suspiriis eam exo-
sculabatur, intérque vestiendum, arden-
tioribus etiam pectus inflammabat af-
festibus; ac bis fortè accidit, ut Berch-
mannus, falsus quiete sui contubernialis
(quem exisse cubiculo crediderat) con-
tentiore inciperet vocē breues aliquas
scripturæ sententiolas vibrare; cuius
mox animaduersâ præsentia, virgineus
scilicet pudor deprehensum perfudit,
et ergitque moderari voci. Alias quām
citò se in pèdes erexerat, genibus proti-
nus curuatis dimidiato horæ quadran-
te, tantâ spiritus dulcedine precabatur,
ac si noctem totam orando extraxisset;
mox solum terens osculis, mox animum
suspirationibus erigens, mox aliis men-
tem accendens artibus. Subinde surgens
et lectulo psalmorum versiculos, similes.

que

que preces ita suauiter modulabatur, ut
nullam contubernali molestiam adser-
ret.

Statam meditationis horam flexis
perpetuò peragebat genibus, re nulla ni-
xus. Priùsquam orandi daretur signum,
haud procul eo aberat loco, quo se erat
in genua curuaturus; reliquoque com-
mentationis tempore adeo quiescebat
ut ne minimo motu præsentia eius per-
cipi posset, donec paulatim gliscente ca-
lore pectoris, locum erumpenti flammæ
cum gemitu dare cogeretur, eiusque su-
spira plerunque suauissima, subinde ad-
eo crant vehementia, ut contubernali
ad alterius usque meditationis horam
fortè dormienti expellerent somnum.
Sæpè clanculum à sodalibus subiectem
pus obseruatus eo erat ardore vultus, ut
non absimilis Seraphino videretur.

Solebat imminente meditationis fine
statim in pedes sese erigere, breuitérque
expenso orationis peractæ cursu acce-
dens ad mensulam, norabat strictim &

commentationis progressum, & propo-
sita facienda, & faciendorum incita-
menta. Iam verò illustria multa lumina,
sublimesque mysteriorum sensus, abdi-
tasque rerum cælestium cognitiones o-
rando obtinebat, quò mundus intelligas
studium orationis, diuinæque com-
mentationis non tantummodò non es-
se sterile ac inopiosum, sed diuinis gau-
diis, solatiis, opibus omnino refertum.

Sed enim Berchmannus, qui viuens,
valens tam Dei sui fuit amans, ut cum
eo frequentissimè, libentissimè, suavissi-
mèque per orationem, meditationem-
que loqueretur, nunquid eiusdem mo-
tions oblitus est? Absit. Nam cum mo-
tus naturalis sit in fine velocior, & perfe-
ctior teste Philosopho, nunquid non ve-
locior & perfectior erit motus affectus-
que supernaturalis, qualis est charitatis
& dilectionis, quam Berchmannus à
Matre sua, Matrè pulchræ dilectionis,
dubio procul impetrauit, quia rogauit
sæpius in hæc verba: Petrus, Aue re-
cita-

citato, charitatem quā enituit, primo
quia amauit ab omni proprio commo-
do aliena; tu quæres maiorem Dei glo-
riam in omnibus. Secundò ferauens
more, & laboriosa, nunquam cessans;
nunquam defatigaberis. Tertiò ob-
morem fortis & constans juxta crucem;
tu amabis etiam tentatus. Quartò libe-
ralis, & se totam cum Filio suo commu-
nicans; tu efferes te in holocaustum.
Quintò tota diuino amore æstuans, &
languens; tu D̄eum ardenter amabis ex
toto corde.

Et certè sicut his ultimis verbis Berch-
mannus firmè decreuit, ita perfectè
compleuit, maximè moriens. Tunc
enim cum rerum mortalium omnium
obliuio, incidit amantis animo, amantis-
simi Dei recordatio. Hinc ultimo eius
vitæ anno, qui erat millesimus sexente-
simus, primus & vigesimus, frontem
chartæ cuiusdam, quam rebus suis int-
eriori-

Berchmanni morientis in Deum
charitas. Cep p. 105.

rioribus adnotandis aptauerat, inscripsit
his verbis : Dixi, Nunc cæpi ; Virtusque
cui animum & oculos adiecerat, cuius
etiam adeptionem singulari examine
persequebatur, fuit charitas & lætitia
spiritualis. Paginæ eius omnes his ver-
bis sunt refertæ : Charitas, charitas, &c.
Viuere in dies & in horas ; quæ duo sci-
licet coniungebat, expertus diuini amo-
ris mercedem esse flammam illam pe-
ctoris, quâ vitæ longioris oblitus, jam
viuebat in horas, ac dies, præstò semper
diuinæ voluntati, immensis tamen a-
moris facibus anhelans ad boni illius
infiniti possessionem.

Nam teste S. Augustino: In quo Dei
amor est, semper cogitat quando ad
Deum perueniat, quando mundum de-
relinquat, quando carnis corruptionem
euadat. Hinc Berchmannus Valetudina-
rii Praefecto mortem nuncianti: Quin,
inquit, læti nos comparamus? Tum
Christi crucifixi simulacrum petitum

S. Aug. in Manual, e. 28.

vbi manibus tenuit, sic affari cœpit: Domine tu scis esse unicum, uniuersumque bonum meum, quod in hac vita possidi, possideoque adhuc. Sed o Domine Issy ne me nunc desere. His, similibus que cum Deo colloquiis ardentibus sane, tempus extraxit, acceptoque diuinissimo æternitatis viatico, & petennis gloriaræ pignore, summisso parumper capite, brachijsque ante pectus, in crucem decentiatis, totus interea abreptus est animo, ad diuinum illum hospitem omnibus flagrantissimæ charitatis officijs demerendum, à quo in vicem ipse calesti erat hospitio accipiendus. Mox in lectulum reclinatus sacro se oleo liniri in extremi agonis luctam postulauit. Dimitum, factum; sed ingens omnium comploratio erupit, contrà ille qui plorabatur, placidissimâ quiete animi æ tranquillitate, junctis manibus, oculis in cœlum fixis, animo in præsentis mysterii cogitationem, Sacerdoti ultro respondit, contenta voce, ac fere solus, cum re-

liqui

imp
D
trah
cont
plen
rare
libe
est:
to D
mar
ac M
tutu
stiz
obe
gio
&
que
fide
vix
mu
nen
ma
res

liquorum vocem lacrymæ, gemitus quo
impedirent.

Dénique cum supremos jam spiritus
traheret, nihil aliud Berchmannus nisi
contritionem, nempe dolorem amoris
plenum, fidem, spem, charitatemque spi-
rare posse visus est. Ideoque frequenter,
libenterque has usurpare voces auditus
est: Doleo Domine, credo Domine, spe-
ro Domine, Amo Domine. Ita Berch-
mannus pronunciatis sanctissimis IESU
ac MARIAE nominibus media inter vir-
tutum fragantium summisionis, mode-
stæ, domesticæ sanctæque solitudinis,
obedientiæ, paupertatis, castitatis, reli-
giosi silentij, temperantiæ, maturitatis
& grauitatis comitare conditæ, fre-
quentis de spiritualibus rebus colloquij,
fidei, speique aromata, tanquam phœ-
nix charitatis igne succensus expirauit.
multosque Phœnices alios Marianos
nempe sodales, sui cineris, imò virtutis
maxime charitatis hæredes, ac successo-
res reliquit.

§. XVIII.

Primum Hyperduliae premium.

Fuit vniuersim, quod sicut ipse Berchmannus fuit Marianarum virtutum imitator, sic multos imitatores suarum nunc habet, & Deo Deiparâq; fauencibus, deinceps habebit.

§. XIX.

Alterum Hyperduliae premium.

Fuit, quod Berchmannus Marianus summisionis & humilitatis imitator, fuerit etiam in terris exaltatus & prophetiae spiritu (ut in eius vita patet) multisque mirandis honoratus; nam: Qui se humiliauerit, exaltabitur. Deinde quod in suis ad Deum precibus sit exauditus. Nam: Respexit (Deus) in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Porro, quod hac humilitate Dei gratiam, & gloriam vitamque (uti certa spes est) meritus semperernam. Nam: Deus superbis resistit, humiliibus autem dat gratiam. Et: Qui humiliatus fuerit erit

Matth. 23. 6. 13. Ps. 101. 140. 4. 9. 7.

erit in gloriâ , & qui inclinauerit oculos
ipse saluabitur. Et: Tu populum humili-
lem saluum facies. Et: Beati pauperes
spiritu , quoniam ipsorum est regnum
cælorum.

Iob. 22, v. 29. Ps. 17, v. 8. Matth. 5, v. 2.

§. X X.

Tertium Hyperduliae primum.

Fuit, quod Berchmannus Marianam
modestiam imitatus, vel eò fuerit Ange-
linomeh consecutus. Nam aiebant alij
(inquit Ceparius) etiam si cælestis ali-
quis genius humana carne vestitus, ho-
minis membra induisset, non fuisset ma-
iore modestiâ usurum. Tanto in eam
studio Berchmannus incubuerat, ut &
summo in gradu obtineret. *Cep. 78.*

§. X XI.

Quartum Hyperduliae primum.

Fuit, quòd Berchmannus Sanctam B.
MARIAE solitudinem imitatus, vel eò
magnam sit pacem cordis adeptus.
Nam: Pax est in cellâ, foris autem pluri-
ma bella. Deinde, quod Berchmanno

vel eò fuerit amicius, ac familiarius eò locutus ipse Deus, cuius animam quamcunque sibi dilectam alloquentis vox est: Ducam eum in solitudinem, & loquar ad cor eius. *Osee 2.6.14.*

§. XXI.

Quintum Hyperduli a premium.

Fuit, quòd Berchmannus B. Virginis obedientiam imitatus, non unā fuerit victoriā potitus. Nam vir obediens loquerur victorias. Victimæ enim sunt obsequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo subjicimur, superbos spiritus superamus. Cæteris quidem virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergo sunt, qui obediunt; quia voluntatem suam aliis perfectè subjaciunt, ipsi lapsis per obedientiam Angelis dominantur. Deinde quòd Berchmannus Marianam obedientiam imitatus, gratiore, quam vel sacrificium sit, Deum sit cultu veneratus, & (quòd consequens sit oportet)

Proverb. 21.6.28.

omnia

S. Gregor. mor. l.4. Reg. c.4.

Omnia sacrificij, plurāque etiam merita,
fauoresque consecutus. Nam : Melior
est obedientia, quām victimæ, & auscul-
tare magis, quām offerre adipem arie-
tum. Et verò obedientia jure victimis
præponitur, quia per victimas aliena ca-
ro, per obedientiam voluntas propria
maстatur. *1. Reg. I 5. 6 22.*

Tanto ergo quisque D E U M citius
placat, quanto erga eius oculos, repressa
arbitrij sui superbiâ gladio præcepti se
immolat. Quo contra ariolandii pecca-
tum inobedientia dicitur, ut quanta sit
virtus obedientiæ demonstretur. Ex ad-
uerso igitur melius ostenditur, quid de
eius laude sentiatur. Si enim quasi ario-
landii peccatum est repugnare, & quasi
scelus idolatriæ nolle acquiescere, so-
la est, quæ fidei meritum possidet, sine
qua quisque infidelis esse videatur.

Denique quod Berchmannus Maria-
nam obedientiam imitatus sic cœlo so-
lōque factus omnino clarus, imò præ-
clarus. Nam: Humilitas (quam continet

obedientia) inquit S. Augustinus, claritatis est meritum, claritas humilitatis (& obedientiae) est præmium.

§. XXIII.

Sextum Hyperduliae præmium.

Fuit, quod Berchmannus Marianam pauperem imitatus, spirituali fuerit gaudio inundatus. Nam: Pauperes homines in Sancto Israël exultabunt. Deinde quod magna fuerit, vel eò, securitate donatus. Nam:

Cantabit vacuus (pauper) coram latrone viator. Et: Pauperes fiducialiter requiescent. Denique, quod æterna (uti spes) salute sit potitus, secundum illud sacri Codicis præmissum: Pauperem salvum facies. Et: Salvum faciet (Deus) egenum. *Isa. 14. 1 Reg. 22. Iob. 5.*

§. XXIV.

Septimum Hyperduliae præmium.

Fuit, quod Berchmannus Castitatem B. Virginis imitatus fuerit felicissime potitus numine invicto sanctimoniae probitatis præsidio, improbitatis excidio,

dio, animæ victoriâ, corporis prædâ, v-
bertate gloriarum, sterilitate criminum,
pronuba sanctiratis, repudio turpitudi-
nis, sinceritatis indicio, abolitione scan-
dalorum, exercitio continentiæ, euacua-
tione tota luxuriæ, pace securâ virtu-
tum, debellatione inquieta bellorum,
puritatis culmine, honestatis portu, vir-
ginitatis matre, loricâ pudoris, spolio
proboscitatis, muro vigoris, destructio-
ne vulgaritatis, securitatis gladio, trium-
phantore dissolutionis, armaturâ virium,
exarmatura fluxorum, integratatis digni-
tate, fornicationis addictione, claritatis
fastigio, dedecoris præcipitio, bonorum
operum voluntate, afflictione vitio-
rum, refrigerio pudicitiæ, requie salutis.
vita spiritus, statûque angelicæ qualita-
tis.

S. Cypr. lib. de sing. cler.

§. XXV.

Octauum Hyperdulia premium.

Fuit, quod Berchmannus Marianam
patientiam imitatus, fuerit hac promis-
sione exhilaratus à Dco, cuius oraculum

a s est:

est: Quoniam seruasti verbum patientiae
meæ , & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem uniuersum tentare habitantes in terrâ. *Apoc. 3.*

Deinde, quod Berchmannus per Marianæ imitationem patientiæ, clariorat celebrior euaserit, quovis urbium expugnatore. Nam: Longanimis, fortis præstat, & qui animo suo imperat ei qui expugnat urbes. Nimirum Nobile vincendi genus est patientia, vincit Qui patitur; si vero vincere, disce pati. Plus vincit qui se, quam qui fortissime vincit

Mænia, nec virtus altius ire potest.

Denique, quod Berchmannus Marianæ patientiæ imitator, factus sit animæ suæ possessor; prómittente sic patientibus omnibus ipsissima Veritate, cuius verba sunt: In patientia vestra possidebitis animas vestras. *Luc. 22.*

§. XXVI.

Nonum Hyperduliae primum.

Fuit, quod Berchmannus Marianum filen-

silentium imitatus, Christiani Philo-
phi nomen sit adeptus. Nam taciturni-
tas est vna de virtutibus Philosophiae:
Quia cum Orator non aliter, nisi oran-
do probetur, Philosophus non minus
tacendo pro tempore, quam loquendo
Philosophatur.

Leinde, quod Berchmannus hoc suo
silentio non tantummodo Philosophi,
sed etiam sapientis, prudentisque titu-
lum commoritus. Nam &: Stultus si ta-
cuerit sapiens videbitur. Et: qui mode-
ratur labia sua prudentissimus est. Et:
Homo sapiens racebit ad tempus; Et:
qui moderatur sermones suos, doctus &
prudens est. Proverb. 17. v. 28. Proverb. 10.

v. 19. Eccl. 20. v. 7. Proverb. 17. v. 37.

Denique quod Berchmannus hoc suo
silentio custodiuit animam suam; Nam:
Qui custodit os suum, custodit animam
suam. Et: Qui custodit os suum & lin-
guam suam custodit ab angustijs ani-
mam suam.

a 6 Deci.

Proverb. 13. v. 3. Proverb. 21. 23.

Decimum Hyperduliae primum.

Fuit, quod Berchmannus Marianæ gratitudinis imitator, optimus esse meruerit beneficiorum diuinorum custos ac tutor. Optima quippe beneficiorum custos est memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio. Propterea & reuerenda ac salutaria illa mysteria, quæ in omni certè Ecclesiæ congregatiōne celebramus, Eucharistia, id est gratiarum actio nuncupatur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputque ipsum diuinæ erga nos charitatis ostendunt, nosque faciunt debitas Deo gratias semper exoluere.

S. Chrysost hom. 26 in Matth.

Deinde, quod Berchmannus Marianæ gratitudinis æmulus, factus ita Encomiasticæ Eucharisticæ, acceptissimæq; Deo victimæ sacrificulus. Nam: Quod sacratus est laudis sacrificium, quam in gratiarum actione? Et unde majores

Deo

S. Aug cont. adu. leg & proph. lib. 1. c. 18.

Pro agendæ sunt gratiæ , quām pro
ipius grātia per Dominum nostrum
Iesum Christum ?

Denique, quòd Berchmannus Maria-
nam gratitudinem imitatus, magno the-
sauro, magnisque diuitiis fuerit cumu-
latus. Nam : Magnus thesaurus gratia-
rum actio , magnæ diuitiæ inconsu-
ptum bonum, armatura fortis; sicut bla-
phemia ingruentem iacturam intendit
ijs, qui peccare solent, plura insuper pe-
ccare facit. Perdidisti pecunias? Si gratias
quidem egeris, animum lucratus es, &
maiores natus es diuitias, quia Dei be-
nevolentiam hausisti amplius ; si verò
blasphemaueris , insuper & salutem
tuam amisisti , & quam habuisti , ani-
mam occidisti. *S. Chrysost. homil. ad
popul. Antioch.*

§. XXVIII.

Vndecimum Hyperduliae præmium.

Fuit, quòd Berchmannus Marianam
temperantiam imitatus, audire merue-
rit, temperans, abstinentis, parcus , so-

a 7 brius,

brius, moderatus, pudicus, tacitus, si-
rius, verecundus. Nam talem temperan-
tia, si non inuenit, facit.

S. Prosp. de vita contempl.

Deinde, quod Berchmannus Maria-
nam temperantiam consecutus, sanita-
tem mentis, & corporis est consecutus.
Nam temperantiae studiosis (quibus et-
iam Berchmannus accensus) consultum:
Excipite male valentes sanitatis matrem,
qui bona estis valetudine, excipite bona
habitudinis custodem. Interroga medi-
cos, ac dicent tibi, nihil esse periculosius
habitudinem corporis extremè bona; eo-
que qui peritissimi sunt artis, per tempe-
rantiam detrahunt redundantia, ne vis
naturæ pondere corpulentiae succum-
bat. *S. Basil. homil. de ieiun.*

Denique, quod Berchmannus Maria-
næ temperantiae imitator, factus sic sui-
met victor, dæmonum domitor. Nam:
Vides, inquit S Athanasius, quid faciat
temperantia? prauas cogitationes effu-
gat, cor mundum creat, dæmones supe-

Et: Quisquis ab immundo spiritu
vexatur, certum habere debet hoc phar-
maco, temperantiā inquam, statim spiri-
tus malos abscedere, vim temperantia
metuentes.

§. XXXIX.

Duodecimum Hyperdulce p̄mium.

Fuit, quod Berchmannus Marianam
maturitatem grauitatēmque comitate
conditam imitatus, in pueritia quoque
nihil puerile designans, vélut alter qui-
dam Tobias existimatus est.

Deinde, quod Berchmannus per haec
grauitatem, & præcocem morum ma-
turitatem, comitate conditam (quam-
uis adhuc esset adolescens) virili sit ha-
bitus toga dignus.

Denique quod Berchmannus instar
illius Musæ virginis à S. Gregorio (post-
quam pueritiæ nuces abdicavit, leuiça-
temque posuit) laudatæ, singularem
Magnæ Matris Virginis affectum me-
ruerit &c.

Ter-

§. XXX.

Tertium decimum Hyperduliae primum,

Fuit, quod Berchmannus B. Virginis in instituendis spiritualibus colloquijs imitator, praesentem sibi meruerit habere Christum, cuius oraculum est: Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quid autem ei non adest boni, penes quem est omne bonum, Deus? *Matth. 18. 5. 20.*

Deinde, quod Berchmannus spirituum colloquiorum diligens, factus est spiritualis; spiritualis autem iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur.

I. Cor. 2. 15. 15.

Denique, quod Berchmannus eiusdem modi ardentibus colloquijs, non se tantummodo, sed & alios in Dei charitate succenderit, seque esse Deo plenum declararit. Ex abundantia enim cordis ostendit.

§. XXXI.

Quartum decimum Hyperduliae primum,

Fuit, quod Berchmannus fidem B. Virginis

Virginis imitatus, charitatem sit ad-
eptus. Nam: In novo Testamento fi-
des impetrat charitatem.

S. August. lib. 1. cont. aduersar. legis &
prophet c. 17.

Deinde, quod Berchmannus per Ma-
rianæ fidei imitationem, iustitiâ sit im-
pertitus. Hinc Apostolus: Arbitramur
hominem iustificari per fidem. Et: Sal-
vi facti estis per fidem. Et: Sancti per fi-
dem vicerunt regna, operari sunt iusti-
tiam. Et S. Ignatius epistola ad Philip-
penses: Principium, inquit, vitæ est fi-
des, finis vero eius dilectio.

Rom. 3. 28. Ephes. 2. 8.

Denique quod Berchmannus Maria-
næ fidei imitatione, intelligentiam, bo-
nâque innumera sit consecutus. Nam:
oculus omnem illuminans conscienc-
iam est fides, & intelligentiam efficiens.
Dicit enim Propheta: Nisi credideritis,
non intelligetis. Hinc S. Augustinus: In-
tellectui fides viam aperit, infidelitas
clau-

S. Cyrilus Hierosol. cateches. s.

claudit. Fides & non petita conceditur
ut ei petenti alia concedantur.

S. Aug. in sententiis à S. Prospéro ex
pr. Id. de grat. & lib. arb.

§. XXXII.

*Quintum decimum Hyperdulia
premium.*

Fuit, quod Berchmannus spem B.
Virginis imitatus, multo solidoque so-
lato, & gaudio sit impertitus. Nam
fortissimum solatium habemus, qui
confugimus ad tenendam propositam
spem. Vnde S. Augustinus in Psalmum
CXXVII. proposita quæstione eur Da-
uid dicat: Labores manuum tuarum
quia manducabis. Quis enim ait, labo-
res manducat, & non potius fructus la-
borum? Respondet: Modo labores ha-
bemus, postea fructus erit.

Heb. 6. 15. S. Aug. in Psal. 127.

Sed quia & ipsi labores non sunt si-
ne gaudio propter spem, de qua paulò
ancè diximus: spe gaudentes, in tribula-
tione patientes; modo nos ipsi labore*ij*

lucundant, & læcos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucundare, manducatus fructus ipsius laboris, qualis erit? Manducabant labores suos, qui euntes ibant & flebant missentes semina sua. Quanto iucundius manducabunt fructus laborum, qui venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos?

Nam: Deinde, quod Berchmannus spem B. Virginis imitatus, invictum sit animi robur aduersus omnia aduersa consecutus. Nam: Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assumunt penas sicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Et: In silentio & spe erit fortitudo vestra. Vnde S. Ambrosius in Psalmum CXIX. Esto, sicut, inquit, aliqui duri ad labores, firmi ad iniurias perferendas, si spem auferas, non potest perpetua esse patientia. Et S. Gregorius ille Magnus: Spes, inquit, in æternitatem animos erigit, & idcir-

Ils. 48, 31, lsa, 39, 15, S. Amb. in Ps. 115.

idcirco nulla mala exterius quæ tolerat sentit. *S. Greg. M. 6, moral. c. 16.*

Denique, quod Berchmannus spem B. Virginis imitatus, nulla ferè sua punctione frustratus sit, aut confusus. Nam spes non confudit. Nullus sperauit in domino, & confusus est. Vnde S. Augustinus in psalmum XXXVI. Quis est qui confunditur? Qui dicit quod sperabam non inueni. Non immerito. Sperabas enim de te, aut sperabas de homine animali. Maledictus autem qui spem suam ponit in hominem. Confunderis, quia fecellit te spes, fecellit spes posita in mendacio. Omnis enim homo mendax. Si autem ponas spem tuam in Deo tuo, non confunderis, quia ille in quo spem posuisti, falli non potest. Vnde & ille, quem paulo ante commemorauimus confirmatus, positus in tempore malo, in die tribulationis, quia non confundebatur, quid ait? Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribula-

Rom. 5. 5. Eccl. 2. 11. 8. Aug. in Ps. 36.

hō patientiam operatur, patientia autē
probationem, probatio verè spem, spēs
autem non confundit. Vnde spes non
confunditur, quia in Deo posita est. Ideo
sequitur: Quia charitas Dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctū,
qui datus est nobis. Iam datus est nobis
spiritus sanctus; quomodo nos fallit
cuius tale pignus tenemus?

§. XXXIII.

*Sextum decimum Hyperduliae
premium.*

Fuit, quod Berchmannus Marianam
Charitatem erga proximos imitatus, in
vicem fuerit ab omnibus redamatus.
Nam à socijs (qui eum in sinu gerebant)
non solum diligebatur, verum etiam in
tanta habebatur veneratione, ut ab eo
se moneri, regique permetterent, ut su-
pra dictum.

Deinde, quod Berchmannus Maria-
nam charitatem erga proximos imita-
tus, omnium defectuum & peccatorum
veniam videatur consecutus. Nam cha-

b ir tas

ritas operit multititudinem peccatorum
Et: Vniuersa delicta operit charitas,
non ut maneant, sed ut tollantur, quemadmodum S. Augustinus intelligit,
Psaltri XXXI. verba interpretatur:
Beari quorum remissae sunt iniquitates
& quorum recta sunt peccata.

1. Pet. 4.8. Prog. 10, 12.

S. Aug. in Psal. 31.

Denique quod Berchmannus Mariae
næ charitatis erga proximos imitator,
factus esse videatur omnium ferè virtu-
rum possessor. Nam: Charitas patientia
est, benigna est; charitas non æmulatur,
non agit perperam, non inflatur, non est
ambitiosa, non quærit quæ sua sunt,
non irritatur, non cogitat malum, non
gaudet super iniquitate, congaudet au-
tem veritati, omnia suffert, omnia cre-
dit, omnia sperat, omnia sustinet. E
quid mirum charitate virtutes omnes
contineri? cum sit harum forma.

1. Cor. 13. 4.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

*Septimum decimum Hyperdulia
præmitum.*

Fuit, quod Berchmannus charitatis erga Deum imitator, in vicem fuerit dilectus a Deo, cuius haec est promissio: Ego diligentes me diligo. Et: Qui diligit me, diligeretur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum.

Deinde, quod Berchmannus charitatem erga Deum imitatus, videatur ab omni timore liberatus: Nam: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pñnam habet. Vnde S. Ambrosius in Psalmum C X I X . scribens: Generaliter quidem, inquit, charitas excludit timorem, ut miles, qui Imperatorem diligit, bella pro Imperatore suscepit non metuit; ut servus amans dominum, quamvis per dubia & prærupta mittatur, tamen omnia pericula Domini amore cōtemnit; ac si quis Dominum petat, se Proverb. 8.17. b z ipsum 2, Ioan. 4.18. S. Ambrof serm.9.

ipsum offerre non trepidat; ut qui trans mare positos videre filios desiderat, non metuit naufragia, liberorum charitatis ingreditur maris fluctus, subit incera nauigij, sed metum discriminis leuant desideria filiorum.

Denique quod Berchmannus Marianam charitatem erga Deum imitatus perenni, beataque vita (vri certa Spes) sit remuneratus. Nam: oculus non vidit, quae preparauit Deus iis, qui diligunt eum. Et: Beatus vir, qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam promisit Deus diligentibus se. Utinam Deo placeat, & vivum eius opere imitemur, & mortuum in eternam gloriam subsequamur,

I. Cor. 2.9. Iao. 1, 12.

§. XXXII.